Hic continentur libri Remundi
pij eremite.

Primo

Liber de laudib⁹ beatissime virginis marie:
qui et ars intentionū Apellari potest.

Secundo.

Libellus de natali pueri paruuli.

Tertio.

Clericus Remundi.

Quarto.

Phantasticus Remundi.

Jacobi Fabri Stapulensis/ benignis lectoribus.

Um duo sint que vitam nostram rectissime instituūt: vniuersaliū scilicet
c cognitio (quam morales discipline pariunt) et operandi modus/ qui ordi-
nata operatione comparatur. pauciores profecto inuenimus qui singu-
laria ad operandum pandant: q̄ qui recte vniuersalia coniectent. neq̄ id quidem
ab re euenit. nam singularia ad infinitatem deuergunt: vniuersalia vero se colligūt
ad vnitatem. Et cum vtrūq̄ ad sancte/ z beate viuendū necessariū sit: modus tamē
operādi (vt qui vicinius ipsam operationem dirigit in qua nostra salus/ summaq̄
perfectio sita est) precellere videtur. Unde iure euenit vt hi libri in precio habe-
ri debeāt: qui que rara et necessaria sunt/ vtiliter mōstrant. cuiusmodi reuera librū
vnū pij eremite Remundi animaduerti: qui operandi modum mōstrat. operandi
dico: laudandi/ orandi/ et intentionem/ finemq̄ dirigēdi. que ad sancte instituēdā/
formādāq̄ vitam vnicuiq̄ necessaria sunt. Et vt verum fatear de me ipso (cum
modestia tamē loquar) in libris illius viri plurimū michi proficere visus sum. et in-
Diuinum preceptū gratus nimirum viderer/ et diuini precepti reus (quo iubet: accensam lucernā non
sub modio sed super candelabrum ponendam vt omnibus illuceat) nisi in publicū
proferrem quod omnibus intelligo profuturum. Quapropter librum ad publi-
cum bonum recognoui. qui tamen deuota/ z simplici mente quasi in orantis modū
legendus est: quēadmodū a miti/ deoq̄ dicato viro profectus. Neq̄ vos quicq̄
deterreat q̄ vir ille idiota fuerit/ et illiteratus horride rupis z vaste solitudinis assi-
duus accola. nam et creditur quadam superna infusione dignatus: qua sapientes
Paulus hui⁹ seculi longe precelleret. et estote a beato Paulo ā moniti: quia omnis doctrina
diuinitus inspirata vtilis est ad docendum/ ad arguēdum/ ad corrigēdum/ ad eru-
diendum. neq̄ item sermonis eius simplicitas vos auertat. qui enim nimiū delica-
tas aures habent presertim in ijs que pertinent ad vite instituta: timeant ne sint de
Paulus numero eorum de quibus beatissim⁹ Paulus vaticinatus ait. erit enim tēpus quo
sanam doctrinā non sustinebunt sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros
prurientes auribus. et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem cō-
uertentur. Quod minus humile/ depressum/ deiecniq̄ propter stillum visum est:
aliquantulum erexi/ nichil de sententia mutans. quod Remundus passim in libris
suis benignissime fieri postulauit. Ingenue enim fateor Remundo ferme verba de
fuisse: quibus suos pulchros posteritati mandaret conceptus. qui tamen valet in-
trorsus aspicere: nichil videt barbarum/ et quod sententiam nō contineat scitu di-
gnissimam. Et deus clementissimus/ tempestate nostra sua solita benignitate ocu-
los hominū adaperiat: vt videre queant que vere sunt bona. Adieci libellū de na-
tiuitate dn̄i/ simili deuotione legendū. Insup clericū/ et phantasticū eius: q̄ faciliō-
res sint/ et nō nichil bone cōtineant eruditionis. Ualete/ et proficite.

Remundi pij Eremite liber de laudibus beatissime virginis Marie.

Maria dei mater virgo gloriosissima: intentione te laudandi/honorandi/orandi/cognoscendi/et amandi hunc librũ incipimus. quẽ amore tui: librũ de laudibus beate marie nuncupamus.

q Uestiones/diffinitiones/laudes/orationes/et intentiones: sunt huius operis fundamenta. Questiones quidem: intentione tradendi modum atque artem soluendi questiones. vt de beata et gloriosa virgine domina nostra/istis et illis habeatur materia loquendi: et vt illuminẽtur bonitatibus/magnitudinibus/pulchritudinibus et virtutibus que sunt in ipsa virgine benedicta.

Intentio propter quã diffinitiones in hoc libro sunt: est vt per diffinitiões doctrinam demus soluẽdi questiones/atque ad dandã doctrinã laudãdi et orãdi beatissimã dei matrem. sequimur igitur naturã diffinitionũ prĩcipiorum huius libri: que sunt triginta numero/in significatiõe triginta denariorum quib⁹ vẽditus fuit/atque ẽpt⁹ dñs noster ihesus christ⁹ filius ipsius virginis gloriose. Hec autẽ triginta prĩcipia sunt



Cuilibet igitur horum triginta principiorum questiones tres assignamus. prima
querit quid est id principium: cui⁹ diffinitio/ eius prime questionis est solutio/ sic
et secunde ⁊ tertie que ad ipsius diffinitionis naturā applicantur. ratio vero quare
in hoc opere scd̄am ⁊ tertiā questionē cuiusq₃ principii non soluimus: est vt familia
ritas ⁊ amicitia inter excellētiores ⁊ humiliores contrahat̃ ⁊ ab istis ⁊ ab illis possit
modus acquiri ad laudādam ⁊ honorādam ipsam gloriosam virginē dei matrem
querēdo que solutio debeat cōuenire. Laudes etiā in hoc libro sunt: vt laudetur
ipsa beatissima maria. eo vt gētes eā laudare nescientes: sciant a modo ei⁹ laudes
Multi nāq₃ sunt homines eā pro rebus minimis laudantes: cum ad eā laudādam
pertineant multo maiora. ⁊ que sciunt aliqui homines: ignorant ea ad laudē debi-
tam applicare. vnde laudatores damna sequūtur: nec ea laus ipsi beate virgini
gloriose (que ipsi cōuenit) exhibetur. Orationes autē in hoc libro ponūtur: ad
doctrinā tradendā eis/ qui beatā virginē dominā gloriosam orare volunt sed nes-
ciunt. ideo nec ab illa impetrant ea que querunt. que tamē optinerēt: si eā orare se-
cundum eius excellentē sanctitatē/ virtutē/ bonitatē/ nobilitatē didicissent. nam eo
ipso ꝙ homines i orādi modo deficiunt: nō exhibet ipsa/ illa pro quibus orāt. que
largiretur: si decenti ipsam precarentur modo. Intētiones sunt in hoc libro: pri
ma scilꝫ atq₃ secunda. prima quidē finis est ⁊ rei cōplemētum: secunda vero est cui⁹
cōplemētum ⁊ finis est prima. Arbor enim est intētione secunda: eius vero fructus
intētione prima. ⁊ domus intētione secunda: ⁊ habitatio intentione prima. ⁊ oculi
intētione secunda: ⁊ videre intētione prima. ⁊ itellectus intētione scd̄a: intelligere
vero prima. ⁊ oīa creata intētione secunda: ⁊ deus intētione prima. ⁊ sic de quibus-
cunq₃ aliis huiusmodi. Ponūtur autē intētiōes in hoc opere: vt modus ⁊ doctrina
cognoscēdi tradatur que sunt intētione prima ⁊ que secunda. vt cognoscamus de
ipsa beatissima dn̄a intētione vera loqui: ⁊ eā amare intentione prima. Quoniā
igitur liber iste est de beatissima maria/ dn̄a nostra/ virgine/ ⁊ regina: nos ideo ma-
xime librum istum reginis dn̄abus ⁊ virginibus cōponimus: in honorē ipsius que
regina/ mater est atq₃ virgo. Explanationeq₃ leuiori/ atq₃ planioribus sermonib⁹
quibus possumus eum tradimus/ subtilitates nimias ꝗ̄tū possumus euitantes: vt
facilius intelligat̃. verūtñ i pte modū doctrine artis inuētiue ⁊ amatiue: ꝓcedēdo
tenemus. Recitatur ꝙ due dn̄e quarum vni⁹ nomē est laus/ ⁊ altera oratio nomi
natur: in quadam via maxima (per quam multi transibant homines) sibi inuicem
obuiarunt. istarum quidem altera cū diu in quadam ciuitate mā̄sisset: ibat ad alte-
ram ciuitatē vnde altera redibat. ambe quidem se mutuo cōsalutātes: sese inuicem
Oratio osculate sunt/ ⁊ statim suū altera alteri recitauit affectū. Laus (ait oratio) vnde ve
nis et quo tendis? cur adeo macillenta et decolorata facta es? sup aliquibus enim
facies tua te desolatā accusat. Cui laus respōdit: amica de ciuitate hac propinqua
venio. in qua quidē diu mā̄si: vt laudes tā gloriose dn̄e/ beatissime videlicet marie
hominibus indicarē. ostēdēs eis modū quo cognoscerent eam laudare: vt hono-
raretur et ab eis diligeretur/ vtq₃ modum haberent per quem ab eius benedicto
filio gloriam sempiternā impetrare valerēt. Sed in ea ciuitate tot sunt mūdani ho-
mines ⁊ in tātum mūdi huius gloriā affectantes: vt quasi spnant huius beatissime
regine laudes audire. Alius quidem laudat pannū suum/ alius vinum suū/ alius
equū suū/ alius alietum/ alius lanceā suā/ alius filium suū/ alius sue filie pulchritu-
dinem/ alius villam suam/ et alius suū castrum. Quādo vero beatissimā virginem
gloriosam laudabā: ad hoc quidē attendere minime valebāt. adeo his suis vanis

laudibus (quibus gloriantur sibi ipsis) occupati/ irretitiqꝫ iacebāt. Itaqꝫ
quasi nullam illic feci vtilitatem. ob hoc inde transmigro ad aliam ciui=
tatem propinquam vtrum aliquem forte faciam fructum tentatura. Cur
enim sim macillēta/ nimisqꝫ discolorata: non liceat te mirari. nam hoc tibi
dicere possum/ postqꝫ ciuitatem illam introiui valde raro leta/ contētaqꝫ
fui super rebus aliquibus quas in ea vidi atqꝫ audiui intantum enim sunt
habitantes huius ciuitatis peruersi detentiqꝫ mundanis: ꝛ intantum obli=
uiscuntur huius gloriose domine. quare pro his omnibus et multis aliis
valde tristis sum et desolata. Valde considerauit oratio super ijs que
laus ipsi dixerat: et protulit hos sermones. Laus amica: ad hanc quidā ci=
uitatem de qua recedis tendebam/ tendisqꝫ ad illam de qua nuper recedo.
quare secundum ea que abs te audio/ videtur michi sanis non licere ad eam
ciuitatem me tendere de qua venis: quoniam in ea modicam consequerer
vtilitatem/ cum tu quasi nullum feceris in ea fructum. modicum nāqꝫ pro=
dest illis oratio: qui ipsam beatam dei genitricē neqꝫ volunt/ neqꝫ laudare
sciunt. nec te licet eam adire ciuitatem: de qua recedo. In ipsa enim cum
diu iam manserim/ vt eius habitatoribus artem et modum traderem: per
quem ipsam beatissimam virginem dei matrem orare scirent secundū eius
valorem/ et honorē: vt et illa ab ea impetrare possent per que labores per=
petuos euitantes/ quietem optinerent eternam. Sed ꝗuis super his totis
viribus meis laborauerim: impetrare quidem minime valui/ vt ipsam be=
atam dei genitricem orare vellent pro vtilitate communi: et pro ijs que ad
reuerentiam ꝛ honorem pertinent ipsius virginis dei genitricis/ que etiam
et bonis suis et animarum suarum vtilitati cōferrent. imo semper me fasti=
diantes importune vexauerant. nam alij beatam dei matrem adorant pro
diuitijs habendis/ alij pro sanitate/ alij pro prospera huius mūdi vita. sed
quasi neminem in ea reperi pro alterius seculi vita rogantem. quem for=
te si reperi pro altera vita rogantē: rogabat quidem affectuosius pro ha=
benda gloria/ et pro pena fugienda: qꝫ vt videret ipsam gloriosam virginē/
et benedictum filium eius. propterea igitur ab illa ciuitate recessi ad eam
tendens de qua recedis. quam me non licet adire: vt tua michi verba signi=
ficant. non etiam adeas eam de qua recedo/ nō enim id opus est: nam tu mi=
nime in ea (sicut nec ego) fructificares. Dico aūt tibi quoniam pro damno
tuo/ modo tristis sum et desolata: maxime vero pro dedecore quod ipsi
domine nostre infertur ab eis qui per eam tot diuitias et prosperitates in
hoc mundo sumpserunt. Oratio amica (laus ait) quid agemus aut quid Laus
dicemus pro hac beatissima domina nostra: cum non inueniamus vbi se=
minare possimus maxima que de ipsa sentimus. Respondit oratio se nes=
cire quid agerent aut quid vlterius dicerent. in tantum malis et erroribus
offensa erat quos videbat in mundo pro dedecore quod inferebatur/ bea=
tissime virgini marie et eius filio. Attamē laus (ait oratio) videt̄ ne tibi bo=
num vt nos aliquem locum adeamus/ delectabilem/ ab hominibus sepa=
ratum: vt eorum opera mala effugere possimus aliquo tempore illic quies=
cētes/ quoniam vexate sumus. ibidemqꝫ cogitabimus quid agemus con=

filium sumentes super ijs que ad honorem gloriose virginis domine no-
stre operari possumus. Consensit laus orationi/ambeqꝫ quandam magnã
siluam intrantes: deambulauerunt per illam tota die. Cumqꝫ laus ⁊ ora-
tio simul pergerent per eam siluam valde pulchram/arboribus/fructibus/
pratis/et riuulis/abundantem de beata virgine dei matre colloquentes:
laus laudabat eam/et oratio eam precabatur et delectabatur altera in ser-
monibus alterius desiderantes diu consistere simul in huiusmodi ser mo-
nibus. Ambe quidem domine ille de beata maria sic colloquentes: sub vm-
bra cuiusdam arboris/formosam quãdam dominam multum nobiliter ad-
ornatam inuenerunt: vehementer plorantem/et plangentem et capillos ca-
pitis sui distrahentem/dirum pectem qꝫ vestimenta sua: et dicentem male-
dictos esse omnes qui eam peruertebant et de mundo quantum poterant
eijciebant. Laus et oratio ab ea quesiuerunt cur ploraret: ⁊ cur tam amaros
sermones proferret. eamqꝫ rogauerunt: vt eis quo nomine vocaretur indi-
Intentio care vellet. que respondit: Intentio nomen meum est. Dolor quidem quo
affligor est: quia homines in hoc mundo primam intentionem peruertunt
in secundam/⁊ econuerso. Idcirco mundus totus in destructionem lapsus
est et defectum: et omnes intẽtiones/quas in hominibus omnibus de bo-
no in malum fiunt peruerse. ideo ab hominibus fugio quoniam cum eis par
ticipare nequaꝙ volo. sed per omnia vite mee tempora: in hac silua per-
manere propono. Diligo enim potius et arboribus/et animalibus silues-
tribus suam intentionem (per quam sunt) non mutantibus/quam homini-
bus sociari/qui quasi in omnibus primam intentionem in secundã/et ecõ-
uerso mutant et peruertunt. plorabant laus et oratio super ijs: que dicebat
intentio. et rogauerunt eam/earum adiungi consortio: quoniam similiter a
mundo fugiebant/tendentes aliquo vt ex laboribus (quos in mundo susti-
nuerant) possent recreari a modo. Intentio precibus earum libenter obe-
diuit: earũqꝫ societatem dilexit. perrexeruntqꝫ ipse tres simul de beata vir-
gine colloquentes: et de laboribus quos quelibet passa fuerat in mundo.
Laus Cumqꝫ simul pergerent laus retulit hos sermones. Eo tempore quo
Rhoma toto dominaretur in orbe: diligebant rhomani publicã vtilitatem
et inerat ideo Rhome virtus dominandi super totum orbem. quem tadiu
possedit: ꝙdiu mundi publicam dilexerunt vtilitatem. Confestim autem
cum vtilitatis publice cura recessit: et rhomani proprias dilexerunt vtilita-
tes potius ꝙ communes: tũc Rhoma suam dominandi virtutem perdidit
tendens in desolationem. Heu quomodo ipse cesar et rhomani erant cor-
de nobiles: quomodo Rhoma inclytos habuit pugnatores nũc cũ publicã
dilexit vtilitatẽ et ꝙ multiplici laude digni fuerunt pro quãto cõmune cõ-
modum dilexerunt. Et si illi viri infideles qui de beata virgine gloriosa co-
gnitionem non habuerunt/tam alti cordis fuerunt: quid nunc tẽporibus istis
erit? si catholici in tantum vtilitatem publicam amarent vt per vniuersum
orbem amari et cognosci beatam mariam reginam/et virginem/et bene-
dictum eius filium quem ipsa tantum diligit et econuerso amari ⁊ cognosci
facerent: et resumerent rhomani dñium quod olim soliti possidere fuerũt.

Oratio

Laus amica (dixit oratio) super vtilitatem publicam te non oportet a rhomanis exempla trahere. quoniam modo a modico tempore quedam gens/tartari videlicet surrexerunt/ qui super totum orbem iam dominari incipiunt. quoniam communem vtilitatem diligunt secte sue: quam ipsi prosequuntur et querunt ad honorem eius loci vnde processerunt. isti sunt sine fide et sine lege scientiam non habentes: deum et eius beatissimam genitricem non cognoscentes. quare oibus illis qui communem non diligũt vtilitatem: deus ex illis minatur ruinam. et dico tibi laus (ait oratio) quoniam ex quo homines qui deum et beatissimam eius matrem cognoscũt/ non exhibent illis ipsum honorem qui decet vtrumqꝫ: iusta quidem ratio michi esse videtur vt deus subiciat eos gentibus bestialibus/ꝛ puniat eos pro ijs quos ipsi deo et ipsius genitrici inferunt erroribus.

Intentio

Laus et oratio (ait intentio) naturaliter precedit vtilitas publica: deinde vtilitas sequitur propria. ꝛ ratio huius est quoniã plus est bonitatis/ magnitudinis et pfectionis in vtilitate publica ꝙ̃ propria. vnde publica vtilitas in me est primo et principaliter: et vtilitas propria secundario. Sed quoniam homines in istis vtilitatibus me peruertunt: diligunt eas contra cursum nature/ et contra omnem ordinationem et contra me econtrario agentes. ꝛ hec est ratio qua homines me euertunt: et se ipsos destruunt tendentes in casum/ in damnum atqꝫ mortem. quare non admiror cur rhomani ceciderunt. non enim more solito publicam vtilitatem dilexerunt. Sed tu oratio (Ait intentio) exora beatissimam dei genitricem pro rhomanis vt vtilitatem publicam diligant vehementius ꝙ̃ specialem et priuatam. quoniam si sic ipsi/ et alij viuerent: vtiqꝫ totus mũdus ad vtilitatem publicam conuerteretur/ et ad laudem ipsius virginis beate: que est publica/ salus/ et vtilitas publica iustis et peccatoribus vniuersis.

Tam diu simul perrexerunt laus/ oratio/ et intẽtio sup huiuscemodi talibus ꝛ multis alijs adinuicẽ conferentes: donec ad quendam locum valde amenum/ vbi erat ecclesia modica quedam eremitica: in qua quidam conuersabatur eremita/ qui diu ipsi ecclesie seruierat. In illa autẽ ecclesia quedam erat imago valde pulchra: coram qua laus oratio et intentio virum inuenerunt faciem humi prostratum et genibus flexum. et interrogauit eum laus super quibus laudabat beatam Mariam/ et oratio similiter super quibus eam orabat quibus ille respondit.

Eremita

Hec ecclesia beate marie est: ad cuius honorem quidam vir sanctus omnibus scientijs profunde imbutus (qui hic prope vitam elegit eremiticam) hanc michi beate marie largitus est imaginem. vt pulchritudinem huius beatissime domine frequenter recordarer/ et de ipsa leticiam in corde meo assumerem. dum autem ingrederemini in hanc ecclesiam/ considerabam pulchritudines gloriose virginis marie: prout eas imago michi representat. hec aũt maior est delectatio quã in hac eremo ha-

beam. post hoc vero cum aliquibus indigeo: oro coram facie huius imagi-
nis ipsam dominam beatam: vt ea michi quorum indigeo largiatur. sic pri-
die accidit ꝙ galinam vnam perdideram: sed rogaui ipsam clementem do-
minam vt restitueret eam michi. Iterum rogo eam vt pro me oret filium su-
um quatinus michi peccata mea indulgeat/ michiq; celestem gloriam lar-
Laus giatur. Amice eremita (laus ait) nunquid laudas gloriosam dei genitri-
cem in alijs vlterius/ nisi in pulchritudinibus corporalibus? nec rogas eam
pro alijs rebus vlterius/ nisi pro gallinis tuis/ et pro te ipso? cui respondit
eremita dicens nō sum litteratus sed laicus. ⁊ nescio loqui beate marie do-
mine nostre gloriose: nisi de corporalibus. et rogo ipsam pro asino meo/ et
pro gallo meo/ et pro cane meo (quem lupus sauciauit) vt sanet eum mi-
chi et similiter pro peccatis meis vt michi parcat ⁊ ignoscat. Laus ora-
tio et intentio cognouerunt hunc eremitam esse inscium: et si de beata ma-
ria subtiliter illi loquerentur/ eas non intellecturum. quesiuerūt ergo ab eo
de illo altero eremita: quis homo ⁊ cuiꝰ cōsuetudinis esset dū in mundo fu-
isset. Quibus eremita respōdit dicens. Domine/ ille deuotus homo de quo
ego vobis loquor diues fuit in mundo et honorabilis/ temporalibus bo-
nis opulentus et peritus credit̄ in multis scientijs. ille derelinquens mun-
dum: dispersit omnia sua pauperibus/ amore dei ⁊ beate virginis eius ma-
tris (exceptis aliquibus paucis denarijs quos penes me deposuit) et ego
hic prope suum asinum in quadam villa teneo. vbi singulis septimanis se-
mel sibi panem emo: et que sibi necessaria sunt adduco. Ille habet libros
suos: et cum illis per sapientiam quam habet in oratione et deuotione per-
sistit/ plorans sua et aliorum peccata. Ille quidem vir bonus est et prudēs
excellentisq; vite. Valde placuerunt dominabus sermones ij: quos il-
lis hic eremita de illo sancto viro referebat. et rogauerunt eum/ vt dirige-
ret eas ad locum: vbi ille morabatur. Ille autem ostendit eis viam: et per-
uenerunt ad locum vbi ille vir sanctus habitabat. Cumq; superuenissent ad
locum: inuenerunt eum in orto suo fodientem/ ⁊ dixerunt ei. Domine secun-
dum ea que de statu tuo nobis dicta sunt: tu es vir bonus et sapiens mul-
tis scientijs eruditus. derelinquisti mundum et venisti in hunc locum: vt
melius recolere/ intelligere/ et amare valeas et orare deum/ et beatissimam
eius genitricem. ergo secūdum sermones quos quidam eremita nobis re-
tulit de te: videtur nobis ꝙ te orantem ⁊ contemplantem in libris tuis inue-
Eremita nire debuissemus. Eremita autem ille respondit dicens eis. Cum ex
oratione nimia aut ex nimis alto studio natura vexatur: querit exercitium
corporale. ad recreandam ergo meam naturam corporalem que diu ve-
xata laudibus et oratiōibꝰ fuit (quas mea natura spiritualis beate marie
virgini et domine nostre obtulit) oportet me aliqua hora diei in corporali-

bus occupari. nam labor iste corporeus remedium anime in corpore/et occasio est: ne anima cadat in temptationē /cum dimittit orationē. Valde placuerunt dominabus hi sermones sancti viri/ cognoueruntq; ipsum esse sapientem: et quesiuerunt ab eo quē tenebat modum laudando et orando beatam mariam dei matrem. qui respondit dicens se laudare et orare illam duobus modis: quorum vnus erat corporaliter ⁊ spiritualiter/ et alius spiritualiter tantum. Corporaliter et spiritualiter quidem: cum legebat in libris suis aut cum loquebatur sermones quibus mens ipsa concordaret. ita q anima et corpus: concordarent et correspon derent adinuicem laudādo ⁊ orando ipsam beatissimam dominam gloriosam. alius vero modus erat: cum per contemplationis viam/ tantum laudabat et orabat sine lectura et sine prolatione verborum: ea que de ipsa gloriosa virgine considerabat. et in hoc secūdo modo plus inueniebat delectatōis et dulcedinis: q̄z in primo.

Domine (dixit intentio) qua intentione laudas et oras principalius Intentio
beatam mariam dei matrem? eremita respondit se principalius eam laudare et orare quoniam mater dei est: deinde quoniam mater hominis dei est. et postea quoniam adeo vehementer bona est: vt digna sit laudari et orari. deinde de gradu in gradum descendēdo vsq; ad vtilitatem publicā. deinde ad spacialem et propriam secundum q alia nobiliora sunt alijs/ et maioris excellentie aut vtilitatis. His sermonibus cognouerunt intentio/laus et oratio hunc esse virum sapientem. ⁊ vlterius ab eo quesierunt: qua intentione maxime accessisset ad locum illum/ et qua intentione maxime laudabat et orabat dei genitricem. quibus ille dixit: domine ego sum qui diu publicam vtilitatem desideraui/ et multum laboraui/ multaq; loca pro ea circuiui. et an hoc sit aut pro peccatis meis aut populi/ nescio: nichil eorum que vtilitatis publice tam diu quesiui perficere valui. quoniam quasi omnes hoc tempore viuentes: plus vtilitatem suam propriam diligunt q̄z publicam. et quoniam ab hominibus optinere nequeo quod iuste requiro: veni in hunc locum acturus de peccatis meis penitentiam/ et oraturus atq; laudaturus ipsam beatissimam dei matrem mariam et dominam nostram duabus intentionibus. prima est quoniam debitum est et ratio exigit/ vt laudetur: secunda est pro vtilitate publica cui nisi succurrat ipsa: totus mundus periclitatur. Domine eremita dixerūt domine ille: secundū signa verborum tuorū cognoscimus te virum iustum et sapientem: et in hūc locum bona intentione ad agendam penitētiā te venisse. ⁊ valde sumus de tuis respōsionibus cōtente. Sed si familiaris societas nostra tibi placeret: tecū in hoc loco libēter/ aliquo tēpore secundū arbitrium nostrum habitaremus. Affectamus enim vna tecum laudare/et orare gloriosam dei geni-

Eremita

tricem: sic vt discernas ea que de ipsa docemus. et si in aliquo nos errare contingat / dirigi a te petimus. quoniam ad hoc de te artem et doctrinã libenter suscipiemus: tuis met iudiciis parentes. His auditis eremita istarum dominarum quesiuit nomina: quelibet autem earum ei suum nomen detexit. tunc eremita eis respondit. Si nomina vestra / vestris correspondeant sermonibus: vestre siquidem societati multum me gaudeo cõiungi. et vestris sermonibus adeo possem abire contentus: vt iterum in mundum reuerterer deambulans / et circuiens regiones / nunciando hominibus gloriose virginis marie dei matris laudes. Super his autem sermonibus / ipsi quattuor vnanimiter fuere concordes: vt in illo loco sub vmbra cuiusdam frondentis arboris iuxta quendam fontem clarum / et amenissimum adinuicem loquerentur / conferentes de beatissima domina virgine maria. ordinaueruntque procedere secundum triginta huius libri principia: laude laudante dominam gloriosam dei matrem / et oratione orante eam / et eremita questiones proponente / atque intentione ad honorem beatissime virginis dei genitricis exempla recitante.

De bonitate. Cap. II.

Questio Domina laus (ait eremita) beata dei genitrix bona est: vnde quero quid est bonitas? cui respondit illa dicens. bonitas est id ratione cuius bonum agit bonum: et hoc in tantum quod bonum est

Laus esse / et malũ est non esse. Domine eremita (ait laus) Scis diffinitionem esse id quod conuertitur cum quesito: videlicet diffinitionem esse id cuius esse queritur. per hanc enim diffinitionem soluitur questio tua. Explanãdo ergo diffinitionem laudare volo beatam dei genitricem. Est igitur in ea bonitas / ratione cuius dominus deus noster qui bonus est: agit bonũ. quod habet esse multis modis: quos referre non sufficerem. veruntamen de illo bono: tribus modis desidero tibi loqui. primum quidem est ipsum bonum quod ipsa dei genitrix habet / ratione filii sui: secũdum est illud bonũ quod habet in se ipsa. et tertium est illud bonum quod deus amore sue matris influit hominibus et infundit. Illud bonum quod beata dei genitrix a filio suo habet tantum est: vt secundum eius magnitudinem / non possim illud laudare. tamen de ipso prout potero: aliquantulum tibi dicam. Illud bonum est: deum esse filium ipsius virginis gloriose. hoc autem bonum facit deũ esse filium virginis beate: et ipsam virginem facit esse dei matrem. ergo magnum bonum est deum esse filium virginis: secundum quod deus est magnus filius / atque bonum quod est ipsius virginis (cum sit dei mater) magnum / secundum quod ipsa est magna mater. Et quoniam deus et ipsa beata dei genitrix ita magni sunt: bonum hui⁹ filii maius est quam alicuius alius

filii/ et bonum huius matris: malus q̃ cuiuscunq; alterius matris. Omne quidem bonum istud agit deus qui bonus est: ratione bonitatis sue matris, bonum est ergo esse istud bonum ita magnum: et malum esset illud nõ esse. quod siquidem malum esset: non foret bonitas tante matris. Unde considerare potes quanta est bonitas ipsius virginis domine gloriose que facit deum esse hominem/ et hominem deum: ita q deus homo vna eadem est persona videlicet dominus ihesus christus. et cum eo sunt omnes homines participantes in natura: omnes quidem sunt eius in natura affines. ergo cogitare potes q magnum bonum est istud bonum: quod habet esse ratione bonitatis virginis matris gloriose. quoniam quodcunq; aliud bonum creatum non equiparat istud bonum: videlicet deum esse hominem/ et hominem esse deum. Nunquid igitur patet tibi (inquit laus) domine eremita hanc beatissimam dominam nostram laudari dignam per orbem vniuersum? ita vt multos bonos habeat laudatores. Nonne vides q̃ magnum malum: nisi hec domina nostra bona esset? quoniam si bona nõ esset/ et si bonitas eius non esset tanta q̃ta est: nunq̃ deus esset homo neq; homo deus. quod tamen maius esset malum q̃ oẽ malum/ quod huius et alterius seculi esse potest. Eremita carissime/ beatissima maria virgo domina nostra bona est per naturam (naturaliter enim habet proprietatem que bona est in seipsa) et hoc in tantum vt nec mortaliter/ nec per veniale actuale / venialiter etiã peccauerit vnq̃. Nunq̃ in ea malũ aliquod extitit: neq; ex ea malum aliquod secutum est: neq; potest sequi/ adeo bona est et omni bono plena. Nam sicut de sole proprie lux et illuminatio sequitur/ quia ꝓprietatem habet illuminandi mundum: sic et adhuc multo melius ex hac gloriosa domina bonum sequitur toti mundo: quia tota existit bona. Et sicut sol nullam habet proprietatem inferendi tenebras in aliquem locum vbi illucet: sic et multo melius etiam virgo dei mater nullam proprietatem habet neq; naturam inferendi malum alicui gerenti sibi amorem. Gloriosa dei mater adeo bona est vt deus ratione bonitatis eius velit eam agere bonum populo suo. nam sicut homo proprietatẽ habet videndi/ quoniam oculos habet et proprietatem intelligendi/ quoniam habet intellectum: sic ipsa beata domina nostra proprietatem habet agendi bonum/ quoniam bona est. ergo sicut est inconueniens et impossibile hominem habentem oculos non videre ex quo videt/ nec intelligere ex quo intelligit: ita et adhuc maius est inconueniens et impossibile beatam dominam dei matrem non agere bonum/ ex quo est bona: et eam non agere magnum bonum/ ex quo bonum illius habet magnitudinem tantam. quare dilectissime domine virgo gloriosa domina nostra tante bonitatis est: vt bona sit recoli/ intelligi/ et amari: bona laudari/ bona benedici/ bona orari. bonum est seruire illi: et bonum est omnes audire laudes que de illa possunt dici. et omnes qui eam recolunt intelligunt/ et amant/ et qui orant eam/ et qui eam laudant/ et de ipsa loquuntur/ et qui confidunt in ea: facit esse bonos. et eorum quisq; bonitatem habet in se: ratione cuius agit bonum/ et ad beatitudinem tendit eternam. Multum placuerunt eremite hi tres Questio

modi quibus laus laudauerat beatam mariam. sensitq; virtutem et fortitu-
dinē inherere sibi: quibus ad eam diligendam inflammabatur. et ad honorē
ipsius beate virginis gloriose: hanc proposuit q̄stionē. Domina laus (ait
ille) recitatur duas fuisse dominas/ quarum quelibet diligebat beatam dei
matrem virginem gloriosam. cuius laudes multas dixisti. Altera illarum
diligebat eam propter eius bonitatē: et altera propter amorem quem deus
habet ad eādem matrem suam. Quelibet autem earum plusq; altera: cre-
debat eam diligere. Nā et illa que diligebat eam propter eius bonitatem:
se asserebat eam plus diligere. quia proprie sine medio diligebat eam. al-
tera etiam affirmabat se plus diligere ipsam: quia deus filius eius diligit
eam tanq; matrem suam/ et tanq; matrem iustorum/ et peccatorum confi-
dentium in ea: et quoniam amplius est amor quem deus habet ad matrem
Oratio suam q̄ bonitas ipsius matris. Respōdere voluit laus eremite: sed ora-
tio dixit ordinatum fuisse/ questiones secundas et tertias insolutas sic per
manere debere. vt habeatur modus in promptu ad loquendum per ratio-
nes de beata maria domina gloriosa. et dixit eremite ꝙ hec questio et alie
soluuntur per diffinitiones principiorum huius operis vt supra dictum est
Intentio Retulit intentio dicens vnum fuisse canonicum qui iacebat infirmus
plurimum/ mortemq; metuēs. Ille autem plangebat et plorabat desola-
biliter: quia mori se sentiebat. et hoc in tantum vt omnes ij qui stabant in
circuitu eius mirarentur. Inter illos assistebat quidem amicus eius quem
canonicus ille diu dilexerat: q̄ querebat ab eo cur adeo vehementer plora-
ret/ et plangeret. Ille quidem respondit dicens: quia viuere desiderabat vt
esset bonus. nam q̄ diu vixerat fuerat homo malus: et quoniam affectabat
bonus fore/ viuere desiderabat. vt ageret illud: ad qđ creat⁹ erat. Ille vero
amicus dixit ei/ quoniam ex quo bonam intentionem habebat desideran-
do vitam: si rogaret beatam dei matrem dominam nostram/ vitam ei pro-
rogaret. Canonicus igitur ille orauit eam: vt concederet ei vitam inten-
tione boni acquirendi et eam laudandi. de propria namq; bonitate sua: pro-
ponebat ipsi beate virgini seruire. et quoniā ille vitam desidarabat ad lau-
dandam ipsam dominam nostram que laudem suam diligit in hoc mundo/
et que paucos habet in mundo laudatores secundum magnitudinem lau-
dis que decet eam: tribuit illi canonico sanitatē. qui diu vixit: laudans bo-
Oratio nitatem ipsius virginis gloriose. Orare voluit oratio dei genitricē/ or-
dinauitq; processum suum secundum illos tres modos quibus laus lau-
dauerat eam. et flendo/ suspirendoq; dixit. Regina virgo dei mater: tu es
bona mater/ quia tu habes bonum filium. tuusq; filius bonus est: quoniam
bonam habet matrem. tuam ergo bonitatem que tanta est/ cum sis mater
tanti boni filij adoro: et exhibeo reuerentiam et honorem de totis viribus
ei⁹ boni quod naturaliter habeo/ et eius boni quod me facit habere tua bo-
nitas. vnde procedit: quantūcūq; bonum in me existit. virgo mater/ pia in-
tēcio te deprecandi per quam te adoro et tibi reuerentiā et honorē impendo
bona est: oro enī vt tua bonitas cognoscatur/ ametur/ et laudeť/ et seruiatur
ei ꝑ orbē vniuersū/ fiatq; ei reuerentia et honor per totū orbē ab hoib⁹ vni-

uersis virgo dei mater: hec est pricipalis intētio mearū precū. quare q̄tū in me est michi apparet in intētione mear̄ precū: me non posse agere maius bonū. Tu ergo regina cum sis bona/ et tā bona mater/ et tā bonum habeas filium: ex quo totum extendo posse meum ad meā intentionē peragēdam bonā/ adorādo et reclamando te seruiendo q̄ tibi: placeat tibi vt precem meam sic bonā facias vt ad perfectionē veniat et ad finē huius quod a bonitate tua dari oportet michi recipienti. Gloriosa regina dixit oratio/ de natura bonitatis est: eam mouere illos qui possidēt illam ad agēdum bonum. et scd̄m magnitudinē bonitatis quā habēt: oportet eos agere magnū bonum. hec aūt/ natura in quibusdā creaturis habet esse velut in angelis: qui tantum bonum agūt quātum sue magnitudo exigit bonitatis. sol etiam tantū illuminat quātū bonitas sue claritudinis se extēdit. Arbor similiter scd̄m bonitatē suā: bono fructu redundat. ergo regina mater dei cum hec natura isti a sit creaturis/ quibus non est bonitas in cōparatione tue bonitatis: q̄to magis teneris agere bonū secundū naturā tue maxime bonitatis. Illam naturā quā secūdum cursum nature et scd̄z gratiā (que de te michi aduenit) possum habere in bonitate: appono expisse quātum valeo ad hoc quod ex te deposco. et hoc vt excusationē nō inuenias defectum videlz ex parte recipiētis/ si nō largiaris ea que ad laudē et honorē tui requiro. Semp̄ enim volo/ vt neq̄ tu/ neq̄ benedictus filius tuus/ nec aliqd̄ aliud iuuare me valeat: si in iis que expostulo falsitatem āmisceā/ siue fraudē. et si etiā aliquid aliud me moueat: nisi tua bonitas/ tuus honor/ et tuus amor. quoniam omni tempore ab omnibus hominibus permanes digna honore. Ex quo totum posse meum expono/ ad te fideliter orādum: nō credo vt postulationē meā facias irritā/ que est tuam bonitatē esse cognitā et dilectā per orbem vniuersum. Si autē ita est/ vt negationē preferas mee requisitioni: inuoco deum in testimonium/ et omne viuens qui preter id quod ago nichil aliud agere possum. imo maiora mirabilia nunq̄ audita fuerūt: videlicz q̄ mea modica et misera bonitas/ tuam deuincat bonitatem. quod erit nisi tu exaudias precē meā. hoc autē esse non potest vt deuincat eam: nec ad hoc potest rationis iudicium cōsentire. Tu virgo virginitatis ex qua virginitas oīs similitudinem/ formā/ et figurā assumit: bona es recoli/ intelligi/ et amari. bona es omnibus recolētibus/ intelligētibus/ et amātibus te. hoc autē negari nō potest quoniā verū est: et hec veritas in tātum bona est q̄ maior esse non potest. nec aliqua falsitas nec aliquod malum: eā destruere potest atq̄ corrumpere. cum ergo tā bona sis oībus et tātum bonum de te ꝓueniat eis: vnde cōtingit hoc/ seu in quo firmatur/ te nō esse bonā tibi ipsi? imo quomodo permanes bona valoribus et honoribus tuis: cum a tot gētibus ignoreris que te nō cognoscunt/ nec te recolunt/ neq̄ te diligunt? nesciūt que virgo tu es/ nec de te nec de aliquo tui quicq̄ gerunt sermonis: quoniam sunt sine fide/ in deum nō credētes/ neq̄ in te. imo sūt gētes que te blasphemant: et imponunt aduersum te malum et falsum testimoniū dicētes te non esse bonam/ te nō esse dei matrē. Et adhuc hoc michi grauius est: videlicet multos homines esse te credentes esse bonam/ et dei matrē/ et de te sumentes beneficiū/ et per te multos habētes honores: sed te nō diligunt/ nec honorant prout tuā decet bonitatē et valorē. vnde videtur: te nec tuam bōitatem/ nec illū honorem qui tibi cōpetit diligere: quoniā rogares filium tuū vt ab oībus hoībus faceret tuā bonitatē cognosci et amari. Et si hoc vtiq̄ velles: filius tuus tibi non abnegaret nec abnegare posset. et si hoc tibi abnegaret: vere tibi dico q̄m nunq̄ in te et in filio tuo spem haberē etiā vnica die vite mee. plorauit oratio/ et detraxit capillos capitis sui/ distorquens manus suas

pre dolore nimio, et plura alia intulisset beate marie: nisi laus reprehēdisset eā dicēs
Laus Oratio (laus ait) nimis es cōturbata/ nec satis fidis i beatissima domina nostra
Iterum velut insensata loqueris proferēdo verba non vera. quomodo enim cogi
tare potes eā nō diligere honorē et reuerētiam bonitatis sue? quoniā nisi sic dilige-
ret/ non esset bona. ipsa autē i tātum bona est q ipsa qdē melior esse non potest. hoc
autē bene potes perpendere secundū sermones meos: quos iam audisti. Gētes au
tē praue sunt: et quoniā i peruerso statu consistunt/ eā non possunt recipere bonita
tē quā ipsa beata dn̄a eis largiretur si bone essent. Oratio (laus ait) Nōne sol ceco
lucē suā ministraret: si oculos haberet? vtiq. (quoniā aūt priuat⁹ est oculis: nequit
eā accipere. ita pctōres cum sint mali: nō habēt vbi bonū suscipere valeāt de supne
matris bonitate. hec autem influeret illis: sed vbi recipiāt non habent illi. nec tibi
orationi cōueniunt tales sermones super gloriosam dominam nostram: et a modo
talia dicere super eam non attētes/ qm̄ talibus sermonibus plurimū conturbarer.
Oratio Laus (inquit orō) si sermones mei insani sunt id nō est causa mei: tristis enī et irata
loquor. amor etenim ita dat michi loqui. vnde bene scio nisi tātum amarē honorē
bōitatis gloriose dn̄e: nō prorūperēt extra me verba que dico/ et michi quidē videt
vt nō diligas eā in tantum q̄tū illam diligere videris. dicis enim quotidie bona est
gloriosa dei mater/ maximā habet bonitatē preciosa dn̄a nostra: et reprehēdis eos q
languentes mouuntur/ qm̄ tā modicū honoratur in mundo scdm̄ honorē qui decet
eā. nec possum desistere quin amplius dicam (et pro reprehēsionibus tuis minime
omittā) ipsi domine nostre nullū esset malū/ si filiū suū oraret vt eam in mundo ma-
gis honoratā teneret. nec exēplum quod de sole adduxisti: psonat ad propositum.
quoniā peccatores qui inhonorant et despiciunt eam/ oculos habent naturaliter et
videre possent si quis eorum oculos aperiret. vnde oro deum filium eius vt ipse a-
moueat/ perdat et destrūpat quicquid resistit non cognosci et nō amari ab omnibus
dn̄am omniū preciosissimā eius genitricē. Heu laus (inqt oratio) nūquid in mūdo
sunt mulieres fede meretrices: quas aliqui hoīes plus diligunt/ magisq. depcātur
q̄ preciosam dei genitricē virginē? Et tu laus videas quid agas: quoniam magis
laudāt eas q̄ illā: q̄ est oī laude dignissima. et plura etiā agunt propter eas: q̄ ppter
ipsam preciosam dei matrem. Conturbata fuit laus/ voluitq. orationi respondere:
Questio sed e contra transmutauit earum sermones hanc questionem orationi proponens.
Domina oratio in quadā ciuitate erāt due dn̄e: quarū altera habebat filiū et altera
filiā. Ambe quidē orabant matrē gratie/ dei genitricē: hec siquidē vt daret filio suo
bonam vxorem/ illa vero vt annueret filie sue bonum virum. quelibet autē istarū:
maius bonū intendebat querere q̄ altera. hec si quidē que filio suo bonam petebat
vxorē/ allegabat se petere maius bonum: quoniam maius malum/ maiorisq. vere-
cundie est viro vxor mala (et maius malum potest inde scq̄) q̄ mulieri prau⁹ marit⁹.
Illa vero que rogabat pro filia dicebat: quoniā homo cū est bon⁹ melior est simpli
citer q̄ mulier. cum ergo se puertit in malum deterius agere potest q̄ mulier: et ma
gis vxorē suā aggrauare q̄ vxor maritū. quare a beata maria maius bonū petere
videbatur q̄ altera. tota sūma questionis huius est. que istarū petit maius bonum
a beata dei genitrice. et nisi ordinatū esset nō expresse solui hāc questionē cum aliis
Intentio in hoc libro: gratū michi esset audire a te quid tibi super hac re esse videret. Sed
locuta est intētio dicens fuit dn̄a quedam diues et nobilis genere: hec valde dilexit
beatissimā dei genitricem. Considerauitq. quomodo aliquod bonū posset agere:
quod quidē multū dei genitrici placeret/ q̄ēq. esset ipsi dn̄e magne vtilitati. Cum

autem hec domina diu animo volutādo super hoc considerasset: excogitauit quoniā foret bona, quia virgo dei mater bona est. Considerauit enī quia eo ipso q̄ esset bona aliquā ipsius beate virginis marie/ similitudinē haberet: que quidem similitudo ipsi beate marie domine gloriose placeret/ et ipsa domina magnū inde comodū optineret. Cū hec itaq̄ cōsideraret: proposuit diligere se esse bonā/ primo vt gloriose matri dei placeret. hanc igitur intentionem voluit esse primā/ et finē/ et cōplementū. vtilitatem vero inde sibi consecuturā/ fecit intētionē secūdā. hec itaq̄ domina ordinate me posuit in corde suo: et fuit in choro oībus alijs dominabus regionis illius. exemplaq̄ magna vite contulit omnibus illius patrie dominabus: hec q̄diu vixit honorauit me. sustinuitq̄/ in suo corde. Ego autem cum affligebar/ et detrahebar in cordibus eorum/ qui peruerse me tractant/ false diligentes bonitatem: recurrebam ad illam/ et partim in damnio recreationem/ et consolationem aliquam optinebam.

De magnitudine. Cap. III.

c Onsiderabat laus: quomodo magnitudinem genitricis dei laudare posset. dum autem ita consideraret: eremita quesiuit ab ea quid est magnitudo: cui laus inquit. Magnitudo est id ratione cuius bonitas/ perseuerantia/ potestas/ et sapientia sunt magne: ambiēs omnes extremitates essendi. hec diffinitio magnitudinis: michi viam tradit/ et modum laudandi dei genitricem. quare secundum hanc diffinitionem/ tribus modis michi placet eam laudare: videlicet magnitudīe vnitatis/ magnitudine nature et magnitudine sui operis. Valde magna est beata dei genitrix in vnitate dei patris/ qui vnus est: cuius vnitas est ipsa maior vnitas/ que in paternitate sit. quoniam nullus pater tantus est/ quantus est ipse solus. hec igitur tam magna patris vnitas: bonitatem/ magnitudinem/ perseuerantiam/ potestatem/ et reliquas virginis matris perfectiones in vnitate filie facit esse magnas. quoniam in bonitate/ magnitudine/ perseuerantia/ potestate: facit eam maiorē esse filiam omnibus filiabus alijs. cetere quidē filie non habent tantum bonitatis in magnitudine: quantū in ipsa sola. nulla nāq̄ aliarū: mater est huius filij/ qui est filius dei patris. sola hec virgo domina nostra: meruit huius esse mater. quare vnitas dei patris tā magnā facit vnitatē hui⁹ filie sue: vt ceteras vnitates filiarū cōprehēdēdo trāscēdat in magnitudīe vnitatis filiationis sue. Sicut laus beatā dei genitricē laudauit ī magnitudine vnitatis/ ratiōe paternitatis diuine: sic etiā voluit eā laudare secūdū vnitatē maternitatis et filiationis. Sola quidē virgo maria dña nostra/ mater est filij dei: qui sol⁹/ et vn⁹ est/ vnicā habēs matrē/ eā videlicet reginam gloriosam. hic igitur filius qui videlicet filius dei est/ tam magnus est existendo filius virginis domine nostre: vt maior esse non possit. ideoq̄ magna bonitas/ magnitudo/ eternitas/ potestas filij: faciūt esse tam magnas bonitatem/ magnitudinem/ perseuerantiam/ potestatem/ sue gloriose matris domine nostre: quemadmodū eas ptinet esse magnas secundum magnitudinem filij dei. Ita vt magnitudo matris/ magnitudini filij/ et vnitas matris/ vnitati filij correspondeat. Cum itaq̄ laus laudaret vnitatem virginis dei matris/ ea existente matre vnius tanti filij: mirabatur quomodo ipsa domina nostra poterat esse tanta/ q̄ta ipsa est. quoniam laudare non sufficiebat/ secundum magnitudinem tantam/ quam ipsa habet existente matre tanti filij benedicti. Laus q̄ntum poterat/ laudare conabatur virginem dei genitricem in sancto spiritu qui vnus est: ita quia vt nō sit alius sanctus

Questio
Laus

spirit⁹ deus/nisi ipse solus. hic autem spiritus sanctus: magnitudine sua magnifica-
uit bonitatem/magnitudinē/ꝛ ceteras substantiales partes substantie virginis dei
matris/quas ipsa habet ad existēdam mulierē vnicā/dei matrē. hec ipso sancto spi-
ritu obumbrata fuit: cum effecta fuit dei genitrix. ipse sanctus spiritus: toto se ipso/ꝛ
tota magnitudine sua obūbrauit bonitatē/magnitudinē/ꝑseuerantiā/potestatē/et
sapiētiā/huius virginis gloriose. in tantū/vt hec obumbratio correspondērit clari-
ficationi sanctitatis sancti spiritus: assumēte filio dei/corp⁹ veri hominis ex virgine
gloriosa. Cū laus dei genitricem laudasset: in vnitate dei patris/et filij/et spirit⁹
sancti/ꝛ in vnitate maternitatis ipsius beate virginis/magnificāte qualibet ꝑsona
in vnitate sua vnitatē maternitatis/et bonitatē/et magnitudinē ipsi⁹ virginis ma-
tris: tunc voluit eā laudare in vnitate humanitatis filij dei dicēs. vnus homo filius
virginis dn̄e nostre: existit deus vnus. hic autē homo deus: filius est virginis dn̄e
nostre. Ita ꝙ vnus est filius: et vna est mater eius. Et quoniā hic filius homo deus
tā magn⁹ est: vt maior sit eius bonitas/magnitudo/sanctitas/ꝙ̄ oēs bonitates/ma-
gnitudines/ꝛ oīm creaturaꝝ sanctitates: ideo tā magna bonitas/magnitudo/pote-
stas/et sanctitas matris eius est/ꝙ in maternitate maiores esse nō possunt: sicut et
eius filius in filiatione maior esse nō potest. Cūqꝫ laus toto posse suo vnitatē dei
genitricis in qualibet diuinarū personarū/et in humanitate ihesu christi filij ipsius
virginis laudasset: considerauit/et desiderauit eam laudare in vnitate ꝑsone ihesu
christi/deitate sibi vniēte humanitatē in ipsa virgine gloriosa. Etenim/maria vir-
go gloriosissima: fuit thalamus/cubile/cellariū/fons/ꝛ humilitatis vallis/in quam
altitudo sapiētie diuine/et dei fili⁹ descēdit: et in qua/et de qua hec ineffabilis vnio
facta fuit. ita vt vna sit persona: due vero nature/et vna est ipsa mater vnius ꝑsone/
duarūqꝫ naturarū: eius quidē ꝑsone que est homo deus. hec siquidē vnio fieri non
potuit nisi in ipsa gloriosa et virgine maria/et de eius carne/et precioso sanguine.
Laudādo dei genitricē scd̄m primū modū: defecerūt laudi oēs sue vires. et iterū
voluit eā laudare iuxta scd̄m modū. Cōsiderans ꝙ̄ magna est virgo dei genitrix/in
natura et aīe. Regina celi/et terre: natura tua corporalis/de qua sumpsit carnē/et
sanguinē diuina natura filialis: hec siquidē natura tua magna est genere/ex patri-
archis/regibus/ꝛ prophetis orta. quorū natura generis: est omni alia cōmunitatis
natura hūana maior. tua insuꝑ natura corporalis: exaltata fuit suꝑ eoꝝ naturā/ma-
gnitudine bonitatis/ꝑseuerantie/et potestatis. qm̄ nulla alia mulier suffecisset esse
materia: de qua hūanā carnē sūpsisset natura diuina. Gloriosa virgo/hec natura
tua corpalis: respect⁹ fuit tue nature spūalis/videlꝫ tue aīe. scd̄m enī magnitudinē
tue nature corporalis: oportuit naturā aīe tue fuisse magnā/vt magnitudo cuilibet
duarū naturarū correspōderet. cū ergo tua corporalis natura tāta fuerit vt suffece-
rit esse materia corporis quod diuina natura sibi assūpsit: ꝙ̄ magnā igitur oportuit
esse aīe tue naturā? Et si diuina natura magnificauit bonitate/magnitudine/ꝑseue-
rātia/ꝛ ptāte tuā naturā corporalē: ꝙ̄ ergo magnificauit bonitate/magnitudine/ꝑ-
seuerātia ꝛ potestate benedictā aīam tuā? Laus deuicta fuit laudare dei genitri-
cē: qm̄ altitudinē materie quā ad laudādū sūpserat nō poterat sustinere. Sed tertiū
modū laudādi recoluit: ꝑ eūqꝫ laudare voluit virginē gratiarū/ista proferens. Tu
dn̄a que es arbor/flos/et fructus amoris maximi: operibus magna es. tamen secū-
dum magnitudinem tuorū operū te laudare non sufficio: quia nō possum ea attin-
gere/neqꝫ ꝯprehēdere pre magnitudine illoꝝ. quare scd̄m meā paruitatē/et scd̄m ꝙ
eas attingere possum: me oportet illa laudare. Operationes tue regina beatissima

sunt recolere/intelligere/et amare tuũ filiũ gloriosum: qui verus deus est/et verus
homo. Scõm ergo ꝙ in te existit maxima natura memorie/ et intellectus et amo=
ris: oportet te habere maximũ recolere/intelligere/et amare scõm ꝙ filius/tuus di=
gn⁹ est recoli/et intelligi/et amari magnitudine bonitatis pseuerãtie/ potestatis/
et sapiẽtie. Cum ergo tu virgo regina tã maxima et excellẽtissima sis natura et per=
fectione memorie/intellectus/et voluntatis: et tuus filius tã dignus sit recoli/in=
telligi/et amari: quõ possem ego misera tãtã magnitudinẽ tuã laudare? quã habes
recolendo et intelligẽdo et amãdo. Et quo modo possem ego tantã magnitudinẽ
tue bonitatis pseuerantie potestatis et sapiẽtie considerare? quã habes recolendo/
intelligẽdo/et amando. vtiqꝫ fieri non posset. quare me desistere licet. Gloriosa
mater tuus filius est in pulchritudinibus maximus: scõm ergo magnitudinẽ pul=
chritudinũ eius/magnã oportet esse tuoꝝ oculoꝝ virtutẽ/qua circũspicis illũ. tuus
etiã filius maximus est in laudibus vt ꝗ laudatur ab angelis/archãgelis/ꝑphetis/
apostolis/martyribus/et confessoribus/et ab oĩbus sanctis glorie: et scõm magni=
tudinẽ laudum illoꝝ aures tuas magne virtutis esse oportet/ ad eas laudes ꝯtinue
exaudiendas/in tãtum vt oẽs illas audias. hec autẽ in te requirẽt esse perfecta: sine
magnitudine tui videre/et audire. his igitur sic cogitatis: quis magnitudinẽ tui
valoris/et tue laudis existimare valeret? Tu amorosa regina prudentissima: ma=
ior es oĩbus illis qui te amãt/et te ĩtelligũt et recolũt. illoꝝ siquidẽ magnificat tua
magnitudo magnitudines; ita vt tua magnitudo quã habes amãdo/ intelligẽdo/
et recolẽdo magnificet magnitudinẽ illoꝝ ad tuũ filium et te amãdũ/intelligendũ/
et recolẽdum. atqꝫ magnitudo bonitatis tue: magnificat magnitudinem bonitatis
illoꝝ. Regina misericordie/iustis et peccatorib⁹ elargiris maxima munera: par=
cisqꝫ maxima venia. Tot siquidem iustis succurris/et peccatoribus: vt nec possem
eos numerare/nec audire/neqꝫ cogitare. quare tuã tam excellẽtẽ magnitudinem
laudare desisto: qm̃ sufficere non valeo. abest enim michi cor/et deficit spiritus: ad
laudandam tã excellentẽ magnitudinẽ tuã. quare vtinã placeret tibi pꝛimum dña/
(qꝺ bonũ esset) vt me aut aliũ in tãtum magnificares: quoad possemus ad te lau=
dandum altius eleuari. non enĩ decet vt in mũdo tã modice lauderis: cum tã excel=
lentissime sis digna laudari. Ex quo igitur non possum vlterius te laudare: quere
aliã vel alium qui tibi maiores laudes impẽdat. Questio. Irasci laus voluit: Questio
quia sufficere non poterat laudare magnitudinẽ beate dei genitricis. id autẽ ꝑpẽ=
dens heremita. sicqꝫ vt laus tristitiã nõ subiret: eã ad alios sermones cõuertit/ talẽ
illi proponẽs questionẽ. Erãt due dñe diligentes et laudentes beatã dei genitricẽ:
sed earꝫ altera laudabat eã scõm magnitudinẽ nature corporalis: altera vero scõm
magnitudinẽ nature spiritalis atqꝫ aĩe. quelibet autẽ illarum plusꝙ̃ altera melius
laudare et amare se credebat. Illa quidẽ que scõꝫ magnitudinẽ corporis eam lau=
dabat: asserebat qm̃ ex eo ꝙ deus filius naturã humani corporis sumpsit ex virgine
beata/non autẽ naturã aĩe ex ea: maioris excellẽtie erat ipsa virgo beata in boni=
tate/sanctitate/et virtute scõm corpus ꝙ̃ scõm animã. altera vero laudans eã scõꝫ
aĩe naturã: dicebat qm̃ ex eo ꝙ ipsa virgo dei mater plus potest recolere/intellige=
re/et amare filium suũ ꝙ̃ videre/audire/sentire: maioris est nobilitatis in bonitate/
sanctitate/et virtute scõm animã ꝙ̃ scõm corpus. Retulit intẽtio. semel accidit Intentio
in quodam festo beate virginis marie: quẽdã sacerdotẽ multo populo predicare.
Ille vero sacerdos magnitudinem virginis matris dei duobus modis laudabat:
primo quidẽ dicebat eam esse magnã eo ꝙ mater est recreationis generis humani/

secūdo vero eo ꝙ est mater dei. ille etenim credebat eā esse maioris magnitudinis/
quia mater est recreatiōis humani generis: ꝙ̄ quia mater dei sit. Ideo qꝫ laudabat
eam vehementius intentione recreationis generis humani (quoniam humanum
genus non fuisset recreatum: nisi ipsa fuisset dei mater) ꝙ̄ intētione qua est dei ma-
ter. Ille igitur intentiones peruertebat. nam beata virgo maria prima intentione
est dei mater: et secunda intentione mater recreationis generis humani. plus enim
est eam esse matrem dei/ ꝙ̄ matrem restaurationis hominū. quare vir ille primā in-
tentionem in secundam/ et contra/ peruertebat. Itaqꝫ factus erat laudatoꝛ contra
magnitudinem beate virginis et filij sui: quare illi populo vtilitatem magnam nō
attulit ille sermo. Quapropter ego valde tristis fui et perturbata: quia sic inepte p̄-
Oratio dicatoꝛ ille laudare presumpsit virginem dei matrem. Orare incepit oratio vir-
ginem gloriosam dei genitricem: secundum magnitudinem quam ipsa benedicta
domina nostra habet in bonitate et econuerso/ et ait. Regina celi si essem adeo ma-
gna vt oꝛare possem secundum ꝙ tu es magna in bonitate et secūdum ꝙ tua boni-
tas magna est in tua magnitudine: scirē vtiqꝫ me non posse fastidiri precibus quas
poꝛrigo tibi/ vt erga populum tuū/ tuam misericoꝛdiam exerceas et pietatem. sed
quoniam non sum magna imo modica: sufficere nequeo te rogare secūdum tuam
magnitudinem/ et bonitatem. cum sit tanta: in duratione/ perseuerantia/ potestate/
sapientia/ et amoꝛe/ virtute/ veritate/ et gloꝛia. quare te oꝛo vt secūdum magnitu-
dinem tue bonitatis: meis precibus cōdescēdas/ nec michi noceat ad hoc mee par-
uitas bonitatis. vel certe fac me tantam in bonitate: vt secundum magnitudinem
tue bonitatis sufficere valeam te rogare. Regina dei mater et si tue oꝛādo ma-
gnitudini sufficere nequeo: cessabis igitur preces meas exaudire? vtiqꝫ si sic esset:
sequeretur in paruitate bonitatis mee/ cessatio magnitudinis bonitatis tue. Itaqꝫ
magnitudo tua: bonitatem tuam non magnificabit/ nec per consequens diffinitio
magnitudinis erit in te/ quoniam paruitas in me est. Et videtur etiam si possem esse
tanta: vt secundum tuam magnitudinem in bonitate sufficerem rogare te/ et exau-
dires me: ꝙ essem ratio et occasio tue magnitudinis/ pietatis/ ꝛ misericoꝛdie/ et ve-
nie. Itaqꝫ foret in te magnitudo bonitatis per me pꝛincipaliter/ nō autē ꝑ te ipsam.
hoc autem neqꝫ deus/ neqꝫ ratio/ neqꝫ natura/ neqꝫ aliqua res consentire potest: nec
aliquomodo fieri potest. quare te domina: inclinare oportet precibus meis/ mee
consentiēs volūtati. Regina mater dei: tu es maxima/ tuusqꝫ filius maximus. et
omnia que tua sunt/ et filij tui sunt in bonitate maxima: similiter et in ꝑseuerātia/ et
potestate. sed oīa que mea sunt et coꝝ pro quibus te rogo modica sunt: et tanquam
nichil secundū magnitudinem tuā et filij tui. verūtamen nisi me exaudieris et con-
cesseris que postulo: erit aliquid quod ꝑ te et ꝑ filiū tuū nō erit magnū. quod tamen
magnū esset si velles. quod etiā si nolueris: tua magnitudo nō magnificabit tuā vo-
luntatē ad diligēdū oīa magna. et nunqꝫ laus/ coꝛam me de te in oībus referet ma-
gnificationes: quoniā erit per me cito verecūde reprehēsa. Quomodo ergo tu dn̄a
que omniū dn̄aris potes esse magna? qm̄ ego flexis genibus singulis dieb⁹ et no-
ctibus fleo proclamans veniā vt miserearis populo tuo: et hoīes licet ipsi facti sint
ad imaginē tuā et filij tui tamē cōtinue pro maioꝛi ꝑte in ignē corruūt sempiternū/
neqꝫ tibi/ neqꝫ filio tuo i ꝑpetuū benedicēt/ existētes in inextimabili angustia sine
fine? Virgo pia dei mater: possem ne tantū agere/ seu dicere quo scire possim in
quo melioꝛatur filius tuus/ et exaltat magnitudinē tuā in ꝑmittendo tot hoīes ten-
dere ad tantā dānationē/ et ad tātas penas interminabiles? et quē habet filius tu⁹.

conatū ad puniendū et cruciandū res miseras: que sunt hoīes existētes vermiculi passibiles et mortales? Quoniā si posset dici hoīes esse magnos et robustos ad resistēdū filio tuo et magnitudini/et sanctitati tue: vtiqꝫ nō mirarer si filius tuus magnas illis irrogaret penas. quid tibi dicā regina celi? ecce ne facias me irasci. cōcede quidquid a te postulo. Scit enim deus quoniā ad tuū honorē/et reuerentiā hec requiro. ꝙ si non: scito quoniā hinc inde per plateas tanta vociferabo: tantūqꝫ clamabo/ꝙ graue sit et michi et ijs qui audierit sustinere. In hoc mūdo (ait oratio) video solē/magnū dare splendorē: et ignē/magnū facere calorē: et aquā/magnam etiā frigiditatē. et video arbores ramis/folijs/floribus/et fructibus redundantes. videoqꝫ bestias/aues/et pisces/oībus quibus eorum vita indiget abūdare: adhuc etiā video viros et mulieres corporalibus pulchritudinibus abundātes/pulchris oculis/pulchris supercilijs/pulchris capillis/et pulchra facie. et in magna abūdātia/omni speciositate que corpori congruit decorātur. Iterū video illos abundare agris/vineis/castris/ciuitatibus/auro/argento/pannis/animalibus/plantis. et oībus que desiderāt: pro sua vita bonis tēporalibus sufficienter sunt repleti. Sed nescio quid sit in causa/aut si ex peccatis meis prouenit: quoniā in mūdo magnarū rerū spiritualiū nō video sufficientiā/sed potius maiorem indigentiā ꝙ quarūcūqꝫ aliarū rerū. vix enim cogitare possum seu scire aliquē aut virū aut mulierē qui vel que magnā habeat volūtatē recolēdi/intelligendi/et amandi te/et filiū tuū/et virtutes. Itaqꝫ deficit magnitudo huic rei que magis prestat: et huic que minus valet abūdat. quare nescio quid dicā: sum enim ideo admodū anxia atqꝫ tristis. Et videtur michi domina/aliquā esse aliā orationē que pro tēporalibus a te exorat vt illis oes tēporalium maiorē abūdantiā ꝙ spiritualiū. et videtur vt illā te false orantē et cōtra tuū honorem exaudias: non autē me ad honorē tuū et ad tui populi saluationem.

Questio. plorauit oratio/similiter et heremita (cōpatiebatur enim orationi) cui dixit ista vera. Orabāt due domine beatā mariam dei matrē/et altera istarū postulabat ab ea magnitudinē bonitatis/et altera bonitatē magnitudinis. illa vero que querebat magnitudinē bonitatis: dicebat se facere orationē magis iustā. quia videbatur sibi magnitudinē bonitatis/plus valere bonitate magnitudinis: eo ꝙ magis distat a malicia ꝙ bonitas magnitudinis. Alteri vero videbatur se facere decentiorē orationē: petendo bonitatē magnitudinis ꝙ petēdo magnitudinē bonitatis. quia bonitas magnitudinis magis distat a paruitate ꝙ magnitudo bonitatis. ambe quidē voluerūt huius questionis iudiciū optinere. Recitauit intētio in quadā terra quēdā fuisse mercatorē: qui de magna paupertate ascenderat ad diuitias multas. Ille quidē mercator ꝙto plus habebat tanto plus sitiebat habere. Ita vt de mūdanis prosperitatibus non posset satiari. quadā vero die reuertens ad seipsum cōsiderauit admirans quid esset: quare nō poterat aīam suā ꝓsperitate satiare. contigit autē eū legere in quodā libro qui de intentione fuit cōpilatus: et intellexit in eo magnitudinē bonitatis spiritualis non saturari magnitudine bonitatis corporalis. quoniā illa spiritualis/est intentione prima: alia vero intentione secūda. quare satietas anime est magnitudo recolēdi/intelligēdi/et amādi spiritualia: videlicet deū/et bonitatē/perseuerantiā/potestatē/sapientiā/amorē/virtutē/veritatē/et gloriā: que spiritualia sunt. Istis enim seruiūt et āministrāt corporalia. Itaqꝫ perfectio in rebus spiritualibus existit: non autē in corporalibus. in corporalibus tamē aliquātulū manet placētie: vt per illā valeant sustētari labores/quos spiritualia per corporalia ad se acquirēda atqꝫ possidenda requirūt: que placentia

Questio

Intentio

quod scilicet placitũ est intentione prima: et ille labor corporalia sequens est intentione secũda. iterũ corporeorũ placitũ et labor sunt intentione secũda: placitũ autẽ spiritualiũ intẽtione prima. vnde perpendit ille mercator/ quoniã voluntatẽ magis velle habere de tẽporalibus quãto plus de illis habet: est vt spiritualia inde possint habere maiorem delectationem/ recolendo/ intelligendo/ et amando deum: bono/ iusto/ sapiente/ virtuoso/ et veraci recolere/ intelligere/ et amare. Sed quoniam ipse mercator magnitudines corporales ad magnitudines spirituales nõ applicabat/ nec delectationi spiritualiũ subijciebat: ideo nõ erat mirũ/ si voluntas stabat infirma ꝗ̃to plures diuitias comparabat.

De perseuerantia. Cap. IIII.

Questio Laus

I Aus (ait eremita) quid est perseuerantia? cui laus respõdit dicens. Perseuerantia est id per quod bonitas/ magnitudo/ potestas/ et reliqua perseuerant in eo quod sunt/ et in eo quod agunt. Ex hac igitur perseuerantia: laudare intendo beatam dei genitricẽ tribus modis. primus est in eo ꝙ in ipsa dña nostra incepit maior perseuerãtia: que potest esse inter deũ et creaturam. Secũdus est in amoris perseuerantia in qua sunt ipsa et filius eius. Tertius in perseuerantia bonitatis/ magnitudinis/ et reliquorũ ipsius virginis dei matris. In virgine gloriosa inquit laus/ assumpsit deus filius: naturã hõis filij virginis. ita vt natura dei filij et natura hõis filij: vnite fuerint simul. et homo filius/ factus fuerit homo in deo filio. Ita vt ambo sint vna persona tantum/ vnus deus/ et homo filius: ambabus naturis perseuerãtibus qualibet idipsum quod ipsa est/ et operantibus secundũ id quod sunt. Ita vt deus filius nullam recepit alterationẽ/ sed potius remãsit qualis et ipse erat priusꝗ̃ mũdus heret et secula: ac homo filius virginis permansit homo/ et permanet homo naturã habens hõis. et ꝗ̃uis ipse sit deus filius: nichil tamen mutatũ est de natura sua/ sed potius ẽxistit homo verus. cũ igitur hec perseuerãtia sit illa maxima que posset esse inter deũ et creaturã (natura diuina et natura humana existentibus vna ꝑsona: preter vtriusꝗ̃ nature alterationẽ) et hoc opus factũ sit in beata virgine genitrice/ et ex ipsa predicta humana natura sumpta fuerit: valde igitur hec tanta mater omni laude digna est. bene quidẽ dici potest illã perseuerãtiam in ea esse inceptã magis excellentẽ/ magisꝗ̃ mirabilẽ: quã deus in creatura/ et contra/ habere possit. quare bene patet in hac gloriosa domina nostra ꝑseuerantiã esse id: per quod bonitas/ magnitudo/ et reliqua perseuerant in eo qđ sunt/ et in eo ꝙ agunt. Perseuerantia dei genitricis et filij eius (ait laus) valde laudanda est. quoniã tota plena est bonitate/ magnitudine/ potestate: et reliquorũ. Ita ꝙ virgo beatissima/ filiũ suũ diligit deũ hominẽ: et ipse deus filius homo diligit eã matrem. In hoc siquidẽ amore mutuo vtriusꝗ̃: ꝑseuerant ambo incessanter. nec mirum si in hoc amore ꝑseuerant bonitas/ magnitudo/ potestas: nã ipsa eorũ ꝑseuerantia plena est bonitate/ magnitudine/ et potestate. amoris autẽ ꝑseuerantia durare facit in seipso bonũ/ magnũ/ et potẽtẽ amorẽ: quẽ sibi gerũt mutuo beata dei genitrix et benedictus filius eius. nã sicut in diuina essentia deus pater et deus fili⁹ videlicet due ꝑsone se diligũt in sanctũ spiritũ/ aut sicut bon⁹ vir et bona vxor se diligũt in bonũ et pulchrũ filiũ vtriusꝗ̃ speciẽ retinẽtẽ/ etiã sicut forma et materia mutuo ad cõiũctionẽ se ãplectũtur et ita de cõsimilibus: ita beata dei genitrix et filius eius ꝑseuerãter se mutuo diligũt in plenitudine amoris: alio in aliũ amorẽ ꝯcipiẽte. qui scilicet amor adeo magn⁹ est: vt maior esse nõ possit. qm̃ filius toto seipso in bonitate magnitudine/ et potestate matrẽ suã diligit/ et econuerso. Quis ergo ꝯsiderare potest

laudes quas dulcissime genitrici puenit exiberi. In beata dei matre sunt boni-
tas/magnitudo/pseuerātia/potestas: que ptinēt ad eā. et pseuerāt bonitas/et ma-
gnitudo: alia in alia. Ita vt beatissima virgo semp in bonitate pseueret: que īduta
est magnitudine: et ecōuerso. quare in ipsa dei genitrice peccatum mortale esse non
potuit nec etiā veniale aut originale: ex quo eius bonitas pseurauit in magnitu-
dine et ecōuerso et ita de alijs. Ideo cōfestim cū ipsa fuit mater: pseurauit existēdo
mater iustorū et peccatorū. nec alterata fuit a bonitate/magnitudine/pseuerātia/et
potestate. hec siquidē preconia et multa etiā alia recitabat laus: de pseuerantia vir-
ginis gloriose. Questio. Laus (ait eremita) in quadā terra erāt duo mercatores　Questio
fratres/vterqz illorū amabat gloriosam dei matrē. et vterqz corā mille librarū mer-
ces habebat. Contigit autē vt proficiscerētur ad quandā terrā portātes suos cēsus
in mercimonia redactos. vnus quidē illorū supermediū lucratus est: alius vero
quidquid habuit pdidit. quoniā domus in qua suas collocauerat merces: igne cō-
flagrauit. Consuetudo illorū erat: quolibet mane missam audire beate dei genitri-
cis. et in hoc q̄ntū poterant perseuerabant. ābo igit ad ecclesiā prexerunt. et coram
altari beate dei genitricis cū audirent missam: incepit vterqz dei genitricē laudare.
Ille quidē qui lucratus erat laudabat eā: quia dederat ei modū quo maiori censu
posset ei seruire/et quo plures diuitias possidebat. atqz laudabat eam quia sibi lar-
giebatur graciā pseuerandi in proposito seruiēdi eidē dei genitrici: et quia p lucro
facto nō ignorauerat semet ipsum. Alius aūt qui pdiderat laudabat eam: quia mi-
nistrabat ei in perditis patientiā/q̄qz propter hoc non in aliquo suā deuiarat intē-
tionē/suūqz amorē. imo de totis viribus suis: beate dei genitrici seruire pponebat
in paupertate/sicut antea in diuitijs. super hoc igit est questio: quis duorū maiorem
habuit pseuerantiā bonitatis/magnitudinis/potestatis/amoris/et virtutis/ et q̄s
illorū: vehementius dei genitricē laudauit. Laus (ait intētio) in quadā ciuitate qui-　Intentio
dam diues ciuis habitabat: habēs vnam filiā valde pulchrā. hec post obitū parētū/
remansit heres: et bona cūcta paterna et materna possedit. hec siquidē erat ex vene-
rabili progenie/nobiliqz orta. Interpellataqz fuit: vt virū duceret. sed hec virgini-
tatē amabat: vt ab hoībus laudē haberet. nā ad hui⁹ mūdi laudē intēdebat. noluit
igitur virū ducere: q̄uis precibus et monitis multorū sepe pulsaretur. hec de diui-
tijs suis viuebat/magnam curans familiā. erogabat libēter pauperibus. oīs ideo
plebs ciuitatis eā de sua et de benefactis ei⁹ virginitate cōmēdabat. cūqz sic viueret
illa puella tota in benedictionibus populi glorians: quidā domicellus amauit eam
amore carnali. qui cū videret se illā nō posse ad suā volūtatē ducere: īposuit sup eā
infamiā. adeo vt qui prius illā in bonis appciabāt: opinarētur esse corruptā. notū
itaqz fuit illi: infamiā de ipsa laborare in populo. perturbata igit et valde tristis q̄a
perdiderat famā/et laudes populi/ et quia iā oppositū de ipsa vulgabat/in tristitia
permanēs incepit intētionē suā corrūpere/nec sicut prius virginitatē diligere. et in
intētionis absentia: simul incepit perseuerātia deficere. Nā in eo q̄ virginitatē suā
intētione laudis et fame gentiū amabat: intulit iniuriam prime intētioni/ et secunde.
prime quidē intētioni: quia scdm iustitiā virginitatē amare debuit pp̄ter virginē
virginū/dei genitricē. et pp̄ter etiā ipsāmet virginitatē: q̄ multo melior est q̄ vulgi
laus famosa. et iniuriabat scde intētioni: qz ptulit eā prime. Virginitatē eni in laude
hoīm debuit intētione scda diligere: sed in laude beate virginis dei matris/ et etiā
virginitatis/virginitatē debuit amare prima intētione. Intentionē autē corruptā
habuit: id q̄d esse sursū debuit/peruertēs deorsū. Idcirco perseuerātiā virginitatis

perdidit:et corrupta cecidit in luxuriā/in qua perseuerauit per oīa tēpora vite sue.
Oratio Priusq̄ȝ oratio sub pseuerantie forma vellet orare beatā dei genitricē: psiderauit
cur et de quo vellet eā orare. etenī propter talia et de talibus oranda est dei genitrix:
quibus ab ea dignum est exaudiri/ita q̄ ipsa petitio in bonitate/magnitudine per-
seueret. Cūq̄ȝ diu cōsiderasset oratio: edidit beate marie virgini hos sermones. Re-
gina celi/quedā dn̄a virū habebat: quē vehemēter diligebat/et econuerso vir illam
vxorē. Uñ vt ita mutuo se diligebāt: pseuerabāt in amore/castitate/bonitate/et vir-
tute. Amor enī illorū mutuus: copellebat eos in bonis opib⁹ pseuerare. Sed acci-
dit vt amor viri corrūperet. dilexit enī aliā mulierē: derelīquēs vxorē suā. sed vxor
illius bona et pia: in castitate pseuerauit. Et recolo me orasse diu vt influeres gratiā
pseuerātie huic bone mulieri/qua in castitate pseuerarct p oīa tēpora vite sue: et ex-
audisti tui gratia precē meā. Cū aūt te precarer pro ei⁹ viro cū viueret: me exaudire
noluisti. vixit enī ille vsq̄ȝ ad mortē luxuriosus. Cū autē moreret/oraui pro ipso/et
sicut tibi placuit orasti filiū tuū pro illo: et tuis p̄cibus pepcit illi. tñ in purgatorio ei⁹
anima penas sustinuit/et labores. Cū ergo pseueres orādo filiū tuū pro iustis et pec-
catoribus in mundo/et pro ijs etiā qui in purgatorio vexant: quid esse potuit q̄ illi
non īpetrasti gratiā apud filiū tuū alleuiandi penas eidē in purgatorio? Etsi filius
tuus te audit in hac misera vita que tā modicū valet: nū quid te non exaudiet in illa
supna vita que tantū p̄stat/et vbi tantū pseuerātie vere est? Gloriosa dn̄a melior
oīous dn̄abus/quidā religiosus erat bon⁹ et sancte vite. Ille autē dū esset in ceno-
bio multis et diuersis a diabolo vexabat tentationib⁹. At tñ in bonitate et magni-
tudine sanctitatis/virtutis/pauptatis/et obediētie pseuerabat. hoc erat quoniā in
pseuerātia sua induebat bonitatē magnitudine sanctitatis/virtutis/paupertatis/et
obediētie/et econuerso. et ita de ceteris huiusmodi: ideo pseuerabat in sanctitate for-
tis aduersus demonē in tentationib⁹ eius. Illo sic pseuerāte factū est vt pro boni-
tate sue fame in magnū et venerabilē prelatu fuerit delectus: modico autem tēpore
(sicut tu optime nosti pia virgo) corruptus est ille prelatus/et puersus in viciosum
et superbū. qui cū esset pauper: perseuerauit in bono. postea vero fact⁹ diues: mo-
do perseuerat in malo. vñ rogo te mater venie: vt de malo conuertas eū in bonū. in
quo eū perseuerare facias per oīa tēpora vite sue. quoniā maximū malū est: hoīem
potētē esse viciosum/maxime cū de humili genere et de pauptate in diuitē surrexit
et supbū. quoniā subditis suis multiplicat male vite exēplū. imo dico tibi regina
dei mater: quoniā bono abus tuis/et alte virtuti cordis tui non sufficit/vt solū eos
qui in vita p̄senti modice sunt potestatis facias in bono perseuerare: imo licet etiā
vt in bono perseuerare facias p̄latos/et principes/et hoīes potētes/vt multū bonū
agāt ex quo id āpli⁹ q̄ȝ inferiores possunt. et vt bona que possident: non permaneāt
ociosa/ne ratione ociositatis in prauos vsus ea peruertāt. Sed nescio quid est/aut
quid esse potest: quoniā vt in pluribus hoīes cū sint pauperes in bono perseuerāt.
cū autē sunt aut euadūt diuites et potētes: vtiq̄ȝ in malo perseuerant. et maioris la-
boris est hominē malū diuitē/et honoratū de malo cōuerti in bonū: q̄ȝ cōtra/hoīem
pauperē de bono peruerti in malū. O tu virgo que dei mater es clemētissima: nōne
recordaris q̄ frequēter te orabā pro quodā peccatore: q̄ diu pseuerauerat in vicijs
proponebat tñ in fine suorū dierū de peccatis exire. Illum quidē surripuit mors su-
bitanea/caruitq̄ȝ sacerdote et cōfessione: et illo mortuo corruit eius anima in ignem
eternū sine fine. Tu autē pro eo filiū tuū non rogasti: vt parceret illi. tu ergo regina
cum sis dei mater in maternitate diuina perseuerans in eternū; car omni tempore

omnibus hominibus non auxiliario? Ex quo ille peccator concipiendo proposue-
rat in fine dierum suorum recordari tui/et misericorditer implorare veniam de pec-
catis:cur illum statim post conceptum suũ non fecisti perseuerare vsq⁊c in finem die-
rum suorum? quoniam si orasses filium tuũ facile hoc impetrasses. qui si voluisset:
vtiq⁊c potuisset ponere bonitatem illius propositi in magnitudinem perseuerantie/
potestatis/amoris/sapiẽtie/et virtutis. Itaq⁊c peccator ille a vicijs recessisset in vir-
tutem: per omnia sue vite tẽpora perseuerans. Heu regina misericordie ait ora-
tio. Iam videtur vt plus ames iusticiam filij tui:q̃ eius misericordiam. animaduerte
igitur quoniam in tantum es mater ratione misericordie: q̃tum ratione iusticie/
pluriesq⁊c inuocaris mater dei misericordie/q̃ mater dei iusticie. et omnes clamant
mater misericordie/mater misericordie. quare ergo permittis quemq̃ perire: qui
de te concipit aliquod bonum? et quid non das ei in illo bono perseuerantiam et
non ducis eum ad finem bonum? hec vtiq⁊c mirabilia: sunt admodum magna.
Questio. Oratio (dixit eremita) Semel litigabant adinuicem quidam religio- Questio.
sus et quedam domina: veneruntq⁊c ad iudicium cuiusdam sancti viri. hec domina
virum prauum habebat/multos labores et varios inferentem eidem: sed illa erat
bona et patiens/ferens patienter persecutiones a marito. sed et ille religiosus sta-
bat obediens sub malo et vicioso abbate: et in omnibus ad obedientiam pertinen-
tibus obediebat eidem. Ex hoc ergo oriebatur questio inter istũ et illam: quis ma-
ior vtebatur perseuerãtia/ aut illa per patientiam suam/aut iste per obedientiam.
Locuta est intentio dicens ista. Quedam domina virum habebat mercatorem Intentio.
quem vehemẽti diligebat amore. Ille vero preter vxorem in remotis terrarum re-
gionibus diu mansit et vxor erat iuuenis et pulchra. quidam autem lasciuus iuue-
nis ciuitatis illius in qua illa manebat (q̃tum poterat) satagebat peccare cum illa.
adeoq⁊c nitebatur vt faceret illam ad errandum nutare: vt q̄ ceciderit in tentationem
volens adulterio consentire. Uerũtamen cum prorumperet in illam tentationem/
conuersa est ad beatam virginem dei genitricem adorans eam: vt ferret ei opem/
et faceret eam in castitate et amore mariti sui perseuerare. quoniam pro amore sui
sponsi: diu dilexerat castitatem. Cum hec itaq⁊c beatam virginem oraret. venit ei
in mentem vt potius diligeret castitatem/amore beate virginis matris dei:q̃ amo-
re viri sui. confestim et ipsa beata dei genitrix: in castitate eam confirmauit. et sub-
inde nullam peccandi contra virum suum sustinuit tentationem. mirabatur igitur
illa vehementer. vnde hec tanta perseuerantia sibi acciderat castitatis: quoniã ante
in illis inuasionibus illius infatuati iuuenis patiebatur tentationem peccãdi cum
illo/aut cum alio. Cum autem hec bona domina multum cogitasset in qua virtute
perseuerantiam haberet: recoluit orationem quam obtulerat virgini gloriose. et
perpendit quoniam ea de causa quia plus amabat castitatem potius intẽtione sui
coniugis/q̃ intentione beate virginis gloriose et domine nostre/et q̃ intẽtione bo-
nitatis ipsius castitatis: ceciderat ideo in tentationem consentiendi predicto iuue-
ni aliquando. hoc siquidem accidit: quoniam fundamenta perseuerantie super or-
dinatam intentionem non firmabantur. quare non mirum erat illam posse tentari.
Cum autem huius intentio fuit ordinata per quam castitatem dilexit: tunc perse-
uerantie sue bona et fortia tradidit fundamenta. et hec fortis fuit castitate et omni-
bus alijs que ad bonam dominam pertinent/ atq⁊c honestam.

Questio Laus

a Laude quesiuit eremita vtrum sciret quid esset potestas: cui laus respondit dicens. Potestas est id per quod bonitas/magnitudo/et reliqua possunt existere et agere. Per hanc diffinitionem potestatis ait laus: laudari potest potentissima domina nostra virgo dei mater. Tribus etenim modis michi placet eam per hanc laudare. primo quidem secundum potestatem quam habet ratione filij sui. secundo secundum potestatem nature. tertio secundum potestatē supnaturalē.

Secundum ergo potestatem quā ipsa pia dei mater habet ratione benedicti filij sui: valde est digna laudari. Sed quoniam illa potestas maior est q̄ eam laudare valeam: non possum vtiq̧ laudare preciosam dominam nostram prout hac potestate decet eam laudari. veruntamen quoniam valde laudabilis est: aliquam michi donauit potestatem eam laudandi secundū hos sermones. Gloriosa virgo domina nostra/mater dei est ꝛ hominis. In hoc ergo homine filio suo: habet ipsa duas potestates videlicet potestatem diuinam/et potestatem humanam. etenim potestati eius contulit diuina potestas tantum bonitatis/ tātum magnitudinis/ tantum perseuerantie: vt ipsa potestate sua possit dei hominis mater esse. et gratiā bonitatis/veritatis/et perfectionis: potest iustis/et peccatoribus elargiri/ qui in puritate mētis inuocant illam/qui sperant in gratia et misericordia eius. his ergo sic acceptis: quis considerare potest quantā potestatem habet hec regina grane/que potestate sua est hominis dei ma. et que potest deum et hominē ad placitum ducere: et omnia que a se dari placent/ex deo homine iustis et peccatoribus dare potest.

Beata dei genitrix naturalem habet potestatem cū bonitate/magnitudine/perseuerantia/sapiētia/amore/virtute/veritate/gloria/gratia/sanctitate/iusticia/misericordia/pulchritudine/virginitate/et reliquis. hoc est q̧ eius potestas naturā habet bonitatis/magnitudinis/et reliquorū: ita vt oīa que potest beata dei mater: ea cū bonitate/magnitudine/ꝛ reliquis possit. et in nullo potest: sine natura potestatis conspirātis cū bonitate/magnitudine/et reliquis. Talē habet ergo potestatē qua potest oīa que ptinēt ad bonitatē/magnitudinē/et reliquas diuinas assimilatiōes et quibus nō potest aliquid agere malū: nec aliquid puitatis bonitatis/pseuerātie/et reliquoꝝ. nullū ergo viciū ppetrare potest: cū illa potestas qua viciū patrari potest cōtraria sit nature bonitatis/magnitudinis/et reliquorū. Hāc igit potestatē sic naturalem (de qua nunc loquimur) oportet esse in gloriosa dei matre necessario: in qua naturalis potestas hoīs filij sui potuerit īde naturā sumere: qua fieret deꝰ homo. qui potestatē habet naturalē in q̄tū deus homo naturā adeptꝰ est cū bonitate/magnitudine/et reliquis: prout vtriusq̧ nature ꝯuenit/videlicet diuine et humane.

Virgo dei mater dn̄a nostra (dixit laus) supnaturalē habet potestatē. qm̄ super nature potestatē creata est/ad habēdā potestate existēdi dei mater qd̄ lōge sublimiꝰ et eminentius est in bonitate/magnitudine/et reliquis q̄ creata natura. Etiā potestatē habet supnaturalē pmanēdo virgo post partū/et ante: ꝛ virū pariēdo sine dolore/ virginitate suaītegra pmanēte. Itēꝝ habet potestatē supnaturalē pia dei genitrix: sanādo contractos/suscitādo mortuos/et cetera miracula faciendo. ac etiam dn̄ando sup angelos/et sup hoīes/et sup oēs et singulas creaturas. Que potestas est hec: virginē vnicā potestate sua sup oīa que deus creauerit dn̄ari: et sup hec oīa ipsam beatissimā dominā nostrā de his iuxta suā beneplacitā volūtatē agere. desinā vtiq̧ laudare illā: scdm̄ suā potestatē. qm̄ quāto plura de illa profero: tāto magis insufficiētē me sentio potestatē suā laudibꝰ exaltare. Questio. Laus (ait eremita)

Questio inter quendā christianū/et quēdam iudeū altercatio magna fuit orta: sup potestate

beate dei genitricis. Asserabat enim christianus eã tantã habere potestatẽ: qua esse
poterat hoĩs dei mater. Judeus vero negabat eã tãtã habere potestatẽ: qua posset
dei hoĩs esse mater. vnde questio est vtrũ christian⁹ pl⁹ laudaret potestatẽ gloriose
dñe nostre: ꝙ sit malũ qḋ iudeus de illa negabat. hoc est vtrũ iudeus plus detrahe-
ret potestati dei matris: ꝙ christianus eã laudaret. Ait intentio. Quedam dña Intentio
laudabat beatã dei genitricẽ comparans eã albo flori/et rubeo: significans beatam
dominã nostrã albo et rubeo splendere colore. Color enim albus puritatem cordis
sanctitate induti designat: color vero rubeus amorem cordis feruidũ representat.
Cũ aũt hec domina laudaret hoc modo dei genitricẽ: videbatur ei quoniã in simi-
litudine floris et coloris ad huc incomplete laudabat eam. quia flos est intentione
fructus: flos et enim est intẽtione secũda/fructus vero intẽtione prima. Hac igitur
sic considerante: perpẽdit ipsam dei matrem cõparari albo/rubeoq; flori: sed fruc-
tum filium eius deum et hominem/de flore videlicet de virgine natum. tũc contenta
fuit hec bona domina comparando sic beatam dei genitricem flori. verũtamen hec
mirabatur/qua natura maiorem habebat potestatem eam laudandi circa fructũ ꝙ
florem: cum dei genitrix non sit de fl ore f uctus. cum autem considerauit fructũ in-
tentione prima/et florem intentione secunda: cognouit siquidem ꝙ intentione pri-
ma maior habetur potestas laudandi beatam dei genitricẽ. Oratio potestatem
in seipsa sensit: orandi sanctissimã dei matrem. considerauitq; ob hoc ꝙ ipsa rogãdi Oratio
eam potestatem habebat: quoniã dei mater potestatem habebat exaudiẽdi preces
eius/et omnia de quibus eam precaretur cõcedendi secũdũ potestatem/iusticiam/
et misericordiã. quoniã preter talem potestatẽ beatissima domina nostra neminẽ in
aliquibus exaudiret. Ideo ꝑ multũ cõsiderauit oratio: animaduertẽs si rogaret eã
parcere aut largiri sine iusticia/quoniã eam oraret cõtra potestatẽ quã habet in iu-
sticia. et si rogaret eã iudicare peccatores sine misericordia: sic etiam oraret eã cõtra
potestatẽ quã ipsa pia mater habet in misericordia. quare proposuit oratio sibimet:
orare beata dominã nostrã simul cũ iustitia et misericordia et ait. O regina omniũ
et oña: tu potestatẽ habes iustã/que bona/magna/et ꝑfecta est omni bono. verũ est/
multos esse peccatores qui tibi ꝑ se cõfitẽtur esse peccatores: reuerẽtes quia nimis
cõtra te et cõtra tuũ filiũ peccauerũt. Isti autẽ adeo atq; in tãtũ cõmiserũt. ꝙ vt par-
cas eis indignos se reputant. imo iudicant esse dignũ: vt filius tuus eos laboribus
puniat infinitis. si cõcedas et tibi placeat illos dãnare vt filio tuo sit inde satisfactũ:
totum placet eis quidquid inde tibi gratum et placẽs est/et filio tuo. eta modo vo-
luntati tue/et filij tui resistere nolunt/nunquã conteruntur de cõmissis: que ipsi mi-
seri contra te et contra tuum filium peccauerunt. Justicie ergo tue et filij tui se spon-
te tradunt/et commendant: gaudentes de se fieri quidquid ei placeat/vt ei valeant
concordare dum in hac viuunt vita presenti. deuicta fuit ab oratione vtriusq; iusti-
cia scilicet matris et filij: quoniam potestas iusticie potestati orationis resistere nõ
valuit/ex quo concordabat ei: in eo scilicet quia voluit ipsam iusticiam de peccato-
ribus agere quodcũq; placeret. quare oportuit beatam dei genitricem: orationi su-
as preces exaudire. Regina misericordie inquit oratio: tu potestatem habes
misericordie. hec autem potestas bona est/magna est: et omnibus bonis perfecta.
Et tanta est potestas quam habes parcendi: vt magis parcere possis ꝙ peccator
aut peccatrix peccare. quare pro peccatoribus et peccatricibus te precor: vt ad
parcendum eis/diligant misericordiam tuam. et plus diligãt misericordiam tuam:
ꝙ illud bonum, quod de misericordia tua expectant. quoniam melior est potestas

quam exerces/ parcendo ipsis: q͞ꝫ ea que a te postulant. et quoniam plus diligunt
in te potestatē tuā q͞ꝫ habes parcendo/ q͞ꝫ illud bonū quod sperāt venie: habēt ratio-
nem vtentē iusticia in semetipsis. vnde non video te piam dei matrē: posse negare
ea que hic a te postulo. quoniā contra tuā iusticiam et rationē agere non poteo. vic-
Questio ta quidem fuit potestas dei matris: in quantū omnibus ab oratione dictis habuit
consentire. Questio. Oratio (dixit eremita) in quadam ciuitate manebant due
domine. quarum altera bonū virū habebat amantē illam valde: hec autē erat vici-
osa nimis et detenta in peccato luxurie cum alio/ quē am plus viro suo diligebat.
altera vero malum coniugē habebat/ multas incurialitates ei facientē: quia eā non
esse castam sciebat. Luxuriabatur enim cū quodam alio: quem multum diligebat.
Ambe igitur ille domine/ exēpla mali dabant toti ciuitati: vnde multa mala fiebāt.
quidam enim dicebāt: nullū oportere bonū et liberalē et modestū fore sue vxori: alij
contra/ nō oportere aliquem suā eum malefaceret castigare vxorem: quia sic nichil
omnino proficeret. Unde questio est que istarum dominarū: maiorem habet pote-
Intentio statem dandi malum exemplū. et que maius malum agebat: et que magis indigna
erat vt tu oratio pro ea orares. Locuta est intentio dicēs. Quedam domina vi-
rum habebat pulchrum/ diuitem/ iuuenē/ et nobilis progeniei. et in his oībus eum
diligebat: quoniam hec omnia sunt amanda. aliquibus tamē accidētibus cōtinge-
bat: q͞ꝫ hec virum suū odiebat. quoniā tamē considerabat pulchritudinem/ et boni-
tatem viri sui: recedebat mala volūtas. Quadam vero die dū illa cogitaret fragili-
tatem sue potestatis/ quoniam nūq͞ꝫ amādo virum suū perseuerare potuerat: dixit
in amare suo fragilitatem esse potestatis. vnde rogabat piā dei matrem: vt cōcede-
ret ei potestatem qua multum posset virum suū amare. Cūq͞ꝫ terminasset orationē
suam/ considerauit intentionē qua erat ordo matrimonij: perpenditq͞ꝫ matrimoniū
esse/ causa filios ꝛ filias procreandi ad laudem et seruitiū dei et beate eius matris. ꝛ
ex tunc hec virum suū dilexit vno gradu altius more solito: et prima intentione di-
lexit eum in rationē viri: secunda vero intentione dilexit eum sub ratione qua pul-
cher/ diues/ iuuenis/ et sanguinis alti fuit. quare cum postea cōtigebat ei cogitatio
de eo odiendo: fortificabat amare suū intentione predicta/ qua ille vir suus erat. et
sic demonem vincebat: et eius tentationem.

De sapientia. Cap. VI

l Aus (ait eremita) scis ne quid est sapientia? que respondit dicens: sapiē-
Questio tia est proprietas ratione cuius sapiens intelligit. Cum ergo in beatissima
Laus dei genitrice sit sapientia inquit laus: desidero laudare eam de sapientia
tribus modis. primo in hoc ipso q͞ꝫ ipsa beata dei mater se scit scitam. secundo q͞ꝫ se
scit in hoc amatā. tertio in hoc q͞ꝫ se scit bonitate/ magnitudine/ et ceteris abundan-
tem. Beatissima virgo domina nostra (ait laus) scitur dei mater: et hec est maxima
laus que de illa dici potest/ maxime cum deus filius eius sciat eā suiipsius esse ma-
trem. Et quoniam deus est ipsamet sapientia diuina: scit quidem ipsa sapientia sua
ipsam beatissimam virginem esse suam matrem. valde quidem mirabile est hoc: a
sapientia videlicet sapiētiam scire rem aliquam esse sui ipsius diuine sapientie ma-
trem. Hec siquidem sapientia scit: se esse meliorem ꝛ nobiliorem filiū qui esse possit.
quia scit se esse filium/ deum hominem: qui natus est de ipsa beatissima virgine ma-
tre. Et ideo quia ipsa et sapientia que est filius deus homo: scit se meliorem esse et

nobiliorem/filiū qui possit esse: scit ipsam matrē suā meliorē/et nobiliorē/et excel-
lētiorē esse magnitudine/perseuerantia/potestate/et reliquis que possit esse. Quid
dicā aut quid cātabo inquit laus? vtiqꝫ diuina sapiētia scit se nō posse scire altiorē ⁊
nobiliorē matrē ea. Hoc eteni oportet eā scire neccessario: ex quo nō potest scire al-
tiorē et nobiliorē filiū deo hoīe/qui est filius huiꝰ sacratissime virginis intemerate.
Et ideo quis cōsiderare aut quis existimare posset/quāta laus inest huic beatissime
matri eā sciri tā nobilē et tā excellētē matrē: vt deus scire nequeat quo posset ei ma-
iorē gratiā/et maiorē bonitatē/magnitudinē/⁊ reliqua cōferre. hoc idē similiter au-
deo de iustis et peccatoribꝰ dicere. qm̄ sicut deꝰ hāc gloriosissimā matrē suā scire ne-
quit in maiori magnitudine/nobilitate/et bonitate ea quā sibi cōtulit: ita nec āgeli/
nec hoīes aliquomō scire possunt beatissimā dei matrē magis bonā magisqꝫ virtu-
osam ꝙ sit. quare i bonitate/et magnitudine/et in ceteris ꝑfectionibꝰ gloriose vir-
ginis dei matris existit sapiētia dei/et sanctoꝝ omniū tā angeloꝝ/ꝙ hoīm. Cū igiꝛ
ipsa se sciat ita sciri: quis ergo cōsiderare/et existimare valebit maximā altitudinē ⁊
nobilitatē sapiētie sue? Gloriosissima dei mater scit se amari intātū: ꝙtū deꝰ ma-
trē amare potest cū bonitate/magnitudine/eternitate/potestate/⁊ reliqs. nā ex quo
deꝰ nō potest vehemētiꝰ hoīem deū filiū virginis diligere ꝙ diligat: nō potest ꝙdē
vehemētiꝰ eā diligere dei et hoīs esse matrē. hūc siquidē amorē adeo vehementem
quē in illā contulit deus: scit ipsa dei mater. scd̄m ergo magnitudinē amoris huius:
sequiꝛ sapiētiā beate virginis esse magnā. Iterū ab oībus sanctis glorie/et ab oībꝰ
iustis et peccatoribꝰ inuocātibꝰ eā scit se amari: et scit quidꝗd in hoc seculo et in alio
agit filius eiꝰ/propter eiꝰ amorē. quis ergo cōsiderare potest magnā eiꝰ sapiētiam:
quā habet sciēdo se ipsam amari/et sciendo magnū amorē quē gerit filio suo deo et
homini? nā in ꝙtū ipsa est magna: oportet eā se sciri et amari. et i ꝙtū etiā ab āgelis
et a sanctis et ab istis et ab illis scitur et amaꝛ: oportet eā se scire scientē et amātē hec
oīa ꝑdicta. Cū bonitate/magnitudine/ꝑseuerātia/potestate/sapientia/et amore
scit beata dei genitrix ea que scit: ob hoc oportet eiꝰ sapiētiā esse bonā/magnā/du-
rabilē/potētē/et feruētē. est quidē bona: qm̄ bonitas existit in eius scire. est vero ma-
gna: quia magnitudine magnificat suū scire. durās autē quia nichil obliuiscendo:
in scire suo ꝑseuerat. vnde sicut bonitas/magnitudo/ꝑseuerātia/et reliqua: totis se
ipsis sapiētie illiꝰ satisfaciūt: sic eiꝰ sapiētia tota seipsa bonitati/magnitudini/ꝑse-
uerātie/et reliquis satisfacit. Ideo sapiētia huiꝰ beatissime dn̄e nostre/ita bona est/
magna/et durabilis vt cor cogitare non possit/nec auris audire/nec lingua ꝓfari:
qm̄ eius sapiētia intātū se āpliat/dilatat/extēdit et ꝓfundit per bonitatē/magnitu-
dinē/ꝑseuerātiā/potestatē/et reliqua/vt nichil sufficere possit ad attingēdū sapiētiā
eius: nisi solus deus eiꝰ filiꝰ et ipsamet virgo et mater gloriosissima. Questio. Questio
Rauo (ait eremita) satis contētꝰ sum de laudibꝰ quas beatissime virgini dei matri
sub sapiētie forma exoluisti: tn̄ plures sunt adhuc laudes in ea/quas ignoras. Sꝫ
dicā tibi: quid inter duas dn̄as cōtigerit. Altera quidē illarū valde pulchra/et alia
valde sapiēs erat. ꝗ autē sapiēs erat laudabat beatā dei genitricē sapiētia: et altera
altera laudabat eā pulchritudine. questio igiꝛ inter eas versabaꝛ. nā ea que sapiēs
erat dicebat beatā virginē dei matrē esse magis sapiētē ꝙ pulchrā: qꝛ ꝑ sapiētiā suā
scit deū/sed sua pulchritudine eū non pulchrificat. Altera vero que pulchra erat di-
cebat eam esse magis pulchram ꝙ sapiētem: qꝛ pulchritudo eius omnes alias sanc-
torum pulchritudines decorat/non autem eius sapientia. etiam eius sapientia deū
scire nequiret nisi ipsa sapiētia pulchritudinē de ipsiusmet pulchritudine reciperet.

non enim esset digna: nisi foret pulchra. vnde questio est: vtrum ille duc laudēt/ aut improbēt beatā dei matrē.

Intentio Ait intentio. In quodā festo nobiliori et totius anni solēniori sanctissime scilicet trinitatis/ pdicabat religiosus quidā: et in principio sui sermonis dixit/ de sancta trinitate neminē debere predicare/ quia in tātū res ardua et subtilissima est vt intelligi nō possit. diuisitq; materiā illā: et ad alterā sermonem suū cōuertit. Cū autē ego intētio hec audissem: cōsideraui quomodo festū hoc complemētū est et finis oīm aliorū festorū. hoc enim festū est intentione prima: et cetera festa intētione secūda. vnde magna cōtabui displicentia: quia illi festo nō fit honor ille/ qui ei debetur et cōuenit/ sicut festo natalis dñi/ et pasche/ et pētecostes. quibus impēditur maior honor q̄ isti: quod ceteris altius est. et in corde meo desidero vehemēter/ vt aliquis vir sanct⁹ et sapiēs assignatus esset de sancta trinitate alte et subtiliter semper in illo festo predicare: scdm quod de ipsa beatissima dei trinitate dici potest. ita vt ordinatū esset ad illud festū cōgregari multos sapientes hoīes intelligere potentes/ quid de trinitate beatissima dici potest: de varijs terris ad sermonē illū qui fieret ab illo sancto sapiente de beata dei trinitate audiēdū pfectos. et assignarētur huic festo dies quatuor: primā in honore persone patris/ scdam in honore persone filij/ tertiā in honore persone spiritus sancti/ sed quartā in honore vnitatis essentie et nature/ quā ipsi tres habēt existēdo vn⁹ deus/ vna essētia/ vna bonitas/ vna magnitudo/ vna īfinitas/ vna potestas. et donec ista ordinatio fiat: ego intētio nūq; ero ordinata nec in illo festo vt decet honorata. nec leta ero neq; de meipsa cōtenta. cū illic percipiā insipientiā regnare pro sapientia.

Oratio Regina prudentissima inquit oratio/ laus in scire te laudauit: de cuius laudationibus sum contenta. quia vera dixit: quecūq; dixit. Cū ergo te beatissimā dominā considerē tā dignam sciri et amari/ et te considero a tot peccatoribus despectā/ quia valore tuo a malo non desinūt/ agētes quotquot bona possent: sum intantū (vt non possim vehementius) perturbata in angustifero dolore iacens. tu autē charissima domina hoc bene scis. quare te precor mitissima: vt in perturbatione mea/ et malo meo super me pietatē habeas. nā quia sum in dolore et mestitia propter meū scire/ q̄ contēptū quem tibi inferunt peccatores cognoscā: ratio esset vt scire tuū in eos alleuiaret labores/ quos propter amorē tuū sustineo desiderās tuū honorem. Gloriosa mater (ait oratio) peccatores inhonorant sapiētiam tuam: in quantū agūt opera mala. qui si propter amorē tuū agerent opera bona: sciret vtiq; sapiētia tua quoniam eidē amori impartirētur honorē. quare te supplico domina sapientissima vt conuertas eos ad agendum opera bona propter amorē tuū: ad hoc vt scias eos tibi honorē et reuerētiam impartiri. testor enim tibi sine mēdacio (quoniā mētiri nō possum) quia magis desidero te agere bonū peccatoribus tuis/ cōuertendo illos ab operibus malis ppter honorē tuū/ q̄ ppter dolorē quē sustineo/ qr faciūt tibi inhonoratione/ et q̄ propter compassione quā de illis habeo quia in penas corruūt sempiternas. quare videtur michi vt postulationē meā exaudire debeas: ex quo propter honorem tuum/ penitus te oro. Uirgo sancta sapiens et graciosa dixit oratio/ tu in sapientia scis quecūq; scis/ et tanta redundas misericordia/ vt ea que scit tua sapiētia in peccatoribus: scias in misericordia/ ex quo scis ea p bonitatem/ magnitudinem/ et reliqua. Eia vgo graciosa miserere peccatorū: ex quo cū misericordia scias eos. qm̄ natura tue sapientie est pcere illis: quos cū misericordia scis. ex quo misericordiā et veniā tuā īuocāt idigētes. vnde si nō miserearis eorū: videt vt misericordie tue iniurieris/ in quantū scis eos sine misericordia. et michi etiā iniuriā iferes: q̄ sum eorū aduocata

ab eis rogare misericordiam tuam/ et pietatem tuam/ et tuam gratiam/ et sanctitatem/ publice electa/ tu autē hanc iniuriā domina mitissima: inferre nō potes. quare cum sis misericordissima et sapiētissima: oportet vt oīno miserearis omniū quibus necessaria est tua misericordia. Regina sapiētie/ potestatis/ et amoris: ignorātia contraria est sapiētie tue. et ex ignorantia cōtingit te non cognosci/ et te non amari ab hoībus plurimis quos ignorantia in ignē ducit eternū/ perdētes gloriā sempiternā. quā haberēt si a te cognitionē/ pietatē/ et veniā: et a filio tuo optinerēt. quē tu scis in hoc mūdo plus ignoratū et oblitū a pluribus hoībus: q̄ cognitū et memoratum. Et quoniā ignorantia in hoc mūdo tāta perpetrat mala/ existens contra sapientiā tuā: placeat tibi regina sapiētie/ bonitatis/ et pietatis: ignorantiā in mūdo deprimere. et sapiētiā ad honorē bñdicti filij tui/ et tui etiā virgo gloriosa exaltare.

Questio. Oratio (ait deremita) due domine semel orabāt beatā dei genitricem. altera illarū rogabat eā vt cōcederet ei sapiētiā: altera vero vt ei largiretur amorē. et illa que rogabat pro sapiētia intēdebat per hoc eā intelligere: et illa vero que rogabat pro amore: intēdebat eā ex hoc amare. quelibet autē istarū meliori intētione q̄ altera: credebat orare. vnde questio est que duarū maiorē habebat et nobiliorem intentionē orando beatissimā dei matrē. Ait intentio. quedā domina contēplabatur beatā dei genitricem cū sapiētia et amore. hec domina litterata fuit/ in multis scientijs sapientiā consecuta: quatinus ipsam beatissimam dominā valuisset vehemētius et altius contēplari. dū autem orans contēplaretur ipsam dei genitricem: quodā tēpore faciebat de amore primā intentionem/ et de sapiētia secundā. in alio vero tempore faciebat de sapientia primam intentionē: et de amore secundam. hec autē faciebat vt per intentiones secūdarias: intētiones primarias eleuaret. nam in q̄to maior et nobilior est intentio secunda: tanto potest intentio prima per eam altius eleuare. et propter hoc illa domina quodam tēpore desiderabat scire beatā dei matrē: vt eam posset amare. et alio tempore eam desiderabat amare: vt eam posset cognoscere. Itaq̄ per quālibet istarum intentionū: aīam eleuabat ad contemplādam gloriosissimam virginem dei matrem.

Questio

Intentio

De amore. Cap. VII.

l Aus amantissimam dei matrem laudare voluit: sed heremita prius ab ea quesiuit quid est amor. cui respondit illa dicens: amor est id quo amicus suū amat amatū. Tribus igitur modis de amore laudare volo amoriferā virginem dei matrē. primo amore dei. secundo amore sui met. tertio amore proximi sui. Amor dei/ deus homo est: qui filius est marie virginis alme/ videlicet ihesus christus deus homo. Eo enim q̄ ipse est deus/ existit ipse amor: quo matrem suam diligit substātialiter et toto seipso. hoc ergo amore qui est deus/ et bonitate que est ipse deus et amor/ et magnitudine que est ipsemet deus bonitas et amor: diligit ipse deus virginem matrem suam. Ita q̄ nichil est in eo quo non diligat eam. Et quoniam ipse deus qui beatissimam matrem suam totus diligit/ est homo filius ipsius gloriose virginis: oportet vt ipse homo eo q̄ est deus totus diligat gloriosam matrem suam. et sic oportet: vt totus ihesus christus diligat eam. vnde sequitur ex quo ihesus christus totus diligit eā: q̄ nichil sit in eo quo nō diligat eā. Oportet ergo eam totā ab illo amari. ita vt nichil sit in ea/ quin ab eo sit amatū. Quare dñe heremita cōsiderare potes: quo pacto hec p̄ciosissima dña valde dilecta sit a suo filio et econuerso. quoniā secūdū q̄ amatur a suo filio: oportet eius amorē/ deo suo filio correspondere. Nix (ait laus) albescit albedine/ et ignis calore calescit/ et beata dei

Questio
Laus

genitrix amore amorescit. etenim est amore vehemētius comprehensa ꝙ nix albe-
dine/et ꝙ ignis calore. quoniam ipsa redundat amore in tota bonitate/magnitu-
dine/perseuerātia/potestate/sapientia/amore/virtute/veritate/gloria/gratia/san-
ctitate/iusticia/et reliquis: intellectualiter ipsa ponente in suo amore bonitatē/ma-
gnitudinem/perseuerantiam/et reliqua que sunt virtutes et proprietates intelle-
ctuales atq; spirituales/virtutibus et proprietatibus corporalibus excellentiores
et nobiliores. Si autē albet nix albedine/et ignis calore calet: et ipsa albedo sit ma-
gna/durabilis/et perseuerās: similiter et calor. est autem nix alba magnitudine al-
bedinis/durationis/et reliquis: que sunt proprietates corporales. ergo sine aliqua
comparatione sequitur/ipsam beatam dei genitricem vehementius amorificari a-
more: ꝙ nix albeat albedine/et ꝙ caleat ignis calore. Et ideo quis estimare potest
amorem vehementissimū ipsius virginis gloriose matris dei/et quis amare quan-
tum amoris est in ea. Duobus modis diligit ipsa beatissima domina nostra pro-
ximū. primo diligendo filium suū qui est deus homo. secundo diligendo angelos
beatos/et sanctos/et sanctas superne patrie/et in hoc mundo seruos suos. in eo ergo
ꝙ ipsa diligit proximū suū qui est deus homo: diligit cuncta creata. omnia namq;
creata: sūt dei hominis filij gloriose virginis marie domine nostre. et diligit etiam:
quecūq; filius suus deus homo in creaturis operatur. Diligit autem quidquid an-
geli beati/et sancti/et sancte agunt/ad laudem filij sui: et quidquid iusti/et peccato-
res agūt in mūdo ad laudem filij sui et sui ipsius diligit. imo domine heremita quid
dicam tibi ait Ilus: quidquid aptum natum est/et cōueniēs diligi secūdum bonita-
tem magnitudinem et perseuerantiam: diligit secundum bonitatem magnitudinē
perseuerantiā et reliqua. atq; omnes beati angeli et omnes sancti et sancte superne
patrie/et istius mundi diligūt illam dominam preciosam. Quis igitur enumerare
aut excogitare potest amorem maximū: quo tota plena est ipsa beatissima domina
nostra/et filius eius atq; sancti et sancte cum beatis āgelis paradysi. hec est amoris
mater/et domina/feruentius diligens ꝙ quecunq; alia domina. tota est in amore/
tota est amoris. hec largitur amorem/hec loquitur de amore/hec auget amorem et
quidquid agat/et quidquid dicat est amoris/et de amore/et propter amorem.
Questio Questio. laus (ait heremita) due domine laudabant gloriosam dei matrē. Altera
illarum laudabat eam: quia tam excellenter/et tam nobiliter amabat. Altera vero
laudabat eam: quia tam excellenter/et tā nobiliter amabatur a filio suo/et ab om-
nibus angelis beatis/et ab omnibus sanctis. Unde questio est que duarum vehe-
Intentio mentius laudabat beatam dei genitricem. Ait intentio: quedam domina duas
habebat domicellas: que libētissime illi seruiebant. altera seruiebat ilariter et vul-
tu ridēte: altera vero timide et facie tristi/et cogitabūde in omnibus in quibus ser-
uiebat illi. Illa vero que ilariter/et iocūda facie seruiebat alacrior erat: et promp-
tius famulabatur ꝙ altera. Hec quidem domina valde mirabatur super modis il-
larum duarū domicellarū: et a qualibet earum voluit intentionem qua seruiebant
ei/cognoscere. Illa vero que ilariter et facie leta seruiebat ei: dixit se seruire illi ꝓp-
ter amorem quem ipsi domine sue gerebat. altera vero dixit se seruire illi propter
timorē quē de ipsa domina sua ne aliquod īferret ei grauamē habebat. Et ideo cō-
siderauit ipsa dn̄a ꝙ illa que ilaris erat/et vultu leto quecunq; ageret seruiebat ei
intentione prima: altera vero intētione secūda. vnde nō erat mix: si illa que ītētiōe
prima seruiebat: vehemētius obsequeretur/ea que intētiōe scd̄a seruiebat. Maio-
rem enim habet amorē/bonitatē/magnitudinem/perseuerantiam/ et reliqua eius-

modi in intentione prima/ q̃ in secunda. Oratio sub amoris forma beatam dei Oratio
matrem incepit orare: proferens ista. tu amoris mater et domina que tota es in amore
et per amorem: que omnia que dicis et agis/ea dicis et agis ꝑpter amorem. tu scis
quidem in mundo magnam esse carentiam/et siccitatem amoris: quare te precor de
amore et propter amorem/ vt in mundo affluenter largiaris amorem. ex quo tantũ
amaris et tantum amas: et ex quo tantum habeo amorem. Et quoniam tu regina/
sancta/iusta et gloriosa amorem habes in tua bonitate/magnitudine/perseueran=
tia/et reliquis: aperi bonitatem tuam petentibus/et procedet inde bonus amor. a=
peri tuam magnam magnitudinem: et procedet inde magnꝰ amor. aperi perseue=
rantiam tuam: et fluet inde durabilis amor/et sic de ceteris dignitatibus plenis a=
more. tu aũt fons amoris aperi eas omnes: et affluat huc amor bonꝰ/ magnꝰ/per=
seuerans et potens. Audi regina beatissima: nonne aperiuntur nubes: et erumpit
pluuia/vnde plante procedunt frondentes/ et arbusta fructifera? Quid erit ergo
tibi de tua bonitate/magnitudine/et reliquis: si nõ ex eis ꝓcedat amor vnde fron=
deant/et germinent in fructũ amatores te amantes/ et te laudãtes de bono/et ma=
gno amore? virgo domina/iusta/et misericordissima: nõne gloriosus filius tuus (q̃
est amor) minus amatur propter amoris absentiam q̃ aliquid huius mundi secun=
dum sue comparationem nobilitatis/et valoris? homines enim huius mundi plus
diligũt honores/diuitias/delicias/vitam/mulieres et parentes: q̃ filium tuũ glo=
riosum. Cũ ergo tuus filius sit amor/et tu mater amoris et domina: quid est in cau=
sa aut quomodo fieri potest/ q̃ tuus preciosus filius et tu gloriosa regina in mundo
non amamini super cuncta? hoc autem summũ mirabile apparet et videtur. quo=
niam id quod tantum prestat minus amaẽ: q̃ id quod nichil/ nulliusq̃ momẽti est.
et nisi tu regina esses amoris/et propter amorem: putarem te inimicam esse amoris.
sed quoniã hoc nequit esse: miror quare non multiplicas/ et auges amorẽ. et quare
falsum amorem huius mundi non deprimis: qui deberet odium appellari. Tu
virgo sapientissima/nonne bene scis tu hominũ corda esse creata ad amandum: si=
cut oculi ad videndum/et aures ad audiendum? Oculi nempe vident/et aures au=
diunt: sed quid est hoc quod hominũ corda ad amandũ facta non amant? quot igi=
tur pagani/quot sarraceni/quot iudei/quot scismatici/ et (quod valde malum est)
quot mali christiani sunt: qui non amant? vel si amant vtiq̃ amant id quod amare
non deberent: non amantes id quod amare deberẽt. Si enim te excusare volueris
eo q̃ diuinam iusticiã diligis: que puniens priuat eos amore/ ex quo nolũt amare.
saltem excusari non potes quin vi amoris te oporteat amare filij tui reuerentiam/
et honorem/et pietatem/ et misericordiam: quam te habere decet de peccatoribus
suis/in tantum vt hominũ corda compellas amare. Tuus autem filius oculos ho=
minũ videre facit colores albos/et rubeos: sed eorum corda non facit amare sui et
tui reuerentiam et honorem. Nonne vides quid agit filius tuus? in amore quarũ=
dem vetularum/aut pauperum mulierum se ponit. similiter et in amore aliquorum
pauperũ hoĩm parue potestatis: sed in amore quasi omniũ qui diuites/ et potẽtes
sunt ad faciendũ et ei et tibi multos honores/et reuerẽtias se nõ locat/ nec ab eis se
permittit amari/nec eos mouet ad amandũ eum. et ideo non potest amor inter nos
florere/neq̃ generare: nec inuenit vbi consistere possit. quare te precor charitatis
domina vt largiri et mittere digneris amatores multos/potẽtes amare et vti amo=
re: secundum illam magnam potestatem quam haberent amãdi/ si filius tuus et tu
moueritis eos ad amãdum. plus enim boni exempli daret quidã homo potens ad

multū amādum: q̄ꝫ vetula quedam misera/in qua se multū ostendere nequit amor. quare te oro potētissima domina quatinus moueas prelatos/et principes ad tātū amandum: vt subiectos suos moueant ad multum amandum. in tantū q̄ filius tu⁹ et tu consistatis adeo vehemēter in eoꝝ amore: vt propter suū et tuū amorem sint multi/mundū et oīa derelinquentes vt amare possint/et propter amorem seipsos tradere morti ad ostendēdam/et honorādā veritatē filij tui dei et hominis gloriosi.

Questio — Questio. Oratio dixit heremita: due dn̄e orabant beatā dei matrē. hec orabat eam vt concederet ei amorē/quo posset eā amare. illa vero rogabat vt largiretur ei honorē/quo posset eā honorare. vnde questio est: que illaꝝ melius orabat dei matrē.

Intentio — Ait intentio. Quidā sanctus heremita fuerat in mundo diu peccator: sed propter amorē dei mundū dereliquit/ascēditq3 ī quēdam montē altissimū vt cōtēplādo deum penitentiā ageret de peccatis. quadā vero die oratione facta accidit: vt consideraret statum mundi. et mirabaẗ super illo: que esset ratio cur in ita turbato statu consistit. Itaq3 considerando scd̄m q̄ deus illi reuelare voluit: multas perpendit rationes/multosq3 modos quibus mundus inordinatus existit. sed interea multū cōsiderauit in ratione que sequiẗ: scd̄m hos sermones. Due intētiones sunt/scilicet prima et secunda vt iam dictū est: quaꝝ quelibet est amabilis quia bona/et magna secūdū q̄ ipsa est. Veruntamē prima magis amabilis est: q̄ꝫ secūda. quare oportet prime intentioni maiorē dari amorē et honorē: q̄ꝫ secunde. hec siquidem prima scd̄3 nature cursum mouet secundā. attamen secunda prior est extra practice/q̄ꝫ prima: sed prima in theorica/et in practica interiori/prior est q̄ꝫ secūda. sicut figura domus prior est in aīa artificis q̄ꝫ in domo: domus autem prior est q̄ꝫ vsus eius ad quē facta est/videlicet habitatio. Cum igitur hic sanctus heremita sic consideraret: animaduertit hoīes cōsentire placitis/que habent in rebus mūdanis/que sunt intentione secunda: vt sint placita spiritualia que sunt intentione prima. et obdormiūt hoīes in placitis mundanis: nolendo vlterius transire ad celestia diligenda. Itaq3 periclitatur amor eoꝝ in ijs que sunt intētione prima: eo q̄ non adheret ei amor ille qui est intentione secunda. immo puertunt hoīes secundā intētionem in prima/et contra: et ideo peruersus est mundus. quare non miꝝ est si in deuiato statu consistat: et si defectus amoris et absentia sint in mundo.

De virtute. Cap. VIII

Questio — Heremita quesiuit a laude quid est virtus. que respondit dicens: virtus est origo vnionis bonitatis/magnitudinis/pseuerantie/potestatis/et reliquoꝝ in vno bono magno perseuerante et potēte. Per hanc diffinitionē virtutis (ait laus) laudare desidero reginā virtutis et gratie/dei matrē: tribus modis: scilicet in virtute ihesu christi/et in virtute naturali/atq3 in virtute morali. In christo ihesu filio virginis gloriose due sunt virtutes: scilicet diuina et humana Ille quidem virtutes due: de bonitate/magnitudine/pseuerantia/et reliquis dignitatibus virginis beate in mūdo nate apparuerunt in vnū bonū/magnū/et perseuerantem videlicet dominū ihesum christum/verum deum et hoīem. Illa igitur virtus que nata est de bonitate in magnitudine/perseuerantia virginis beate (que virtus est dei et hoīs) orta est cum virtute dei: qui oīēs induit se virtutē humanā/que ex beata dei genitrice orta est. virtus enim orta est de virtute: videlicet humana virtus domini ihesu christi de virtute virginis inuiolate/similiter et de ipsi⁹ virginis bonitate/magnitudine et reliquis. Ideoq3 diuina bonitas/magnitudo/et eternitas indute fuerunt virtutem humanam: que de ipsa beata virgine fuit orta.

Ita vt bonitas/magnitudo/eternitas: et relique diuinerationes que sunt infinite virtutes/existentes vna eadēmet virtus: induerunt se virtutē humanā finitā de finita virtute ortā. Inq̈tū ergo diuina virtus humanam virtutē se induit ortā de beata virgine gloriosa: est virt⁹ ipsius beate virginis digna laudari in bonitate/magnitudine/et eternitate/et reliquis: que sunt infinita virtus induta virtutem ex beata virgine ortā. Et ideo oportuit vt virt⁹ ipsius virginis de qua tanta virtus infinita virtute finita induta nata est: ꝯseruaret in ipsa virgine virtutē virginitatis/sctitatis/puritatis/et vnitatis. bonitatis/magnitudinis/perseuerātie/et reliquarū proprietatū. quoniā si virtus virginis beate (quā ante conceptū habuit) corrupta fuisset in ea: non suffecisset ad hoc vt de ipsa aliqua virtus potuisset oriri quam infinita virtus in bonitate/et reliquis indui debuisset. Itaq̧ homo qui deus esset: nasci nō potuisset. Cum ergo virtutē huius sacratissime virginis tā excellentē et nobilē esse oportuerit/que suffeceri ad oriendū de ipsa deū hominē: quis perfecte potest eam laudare sicut decet? In beata dei genitrice est virt⁹ naturalis: que ex vnitate bonitatis/magnitudinis/ꝑseuerantie/et reliquaꝝ dignitatū oritur in vnū bonū/magnū/durabile/et potens/hoc est deum. quia virtus naturalis/que vna est partium substantialiū de quibus corpus beate virginis cōpositū est: oritur de qualibet ꝑte ipsius corporis/dās illi similitudinē suā: dat enim bonitati similitudinē suā/eo ipso ꝙ facit eā virtuosam: similiter et magnitudini/perseuerātie/et potestati. et sic oritur virtus de vnitate cuiuslibet cōponentiū/cōponendo vnū magnū videlicet corpus virginis gloriose: quod ex oībus partibus suis cōpositū est/videlicet ex bonitate/magnitudine/et reliquis. que naturaliter indute sunt virtute: de qualibet earum oriēte. hanc ergo virtutē de bonitate/et reliquis sic oriētē/sic oportuit esse excellētē et nobilē in natura: vt inde posset oriri naturalis virtus excellētior et nobilior omni creatura videlicet natura omni natura maior ⁊ nobilior domini nostri ihesu christi/quoniā ipsa principiū et finis est omniū creaturarū. quoniā quecūq̧ deus creauit: facta sunt ad illā humanā naturam de beatissima virgine sumptā. hoc habito quis considerare potest: q̈ laudabilis est virtus huius beatissime virginis genitricis?

In gloriosissima virgine virtutes morales et theologicas oportuit esse: cū concepit dei filiū. quas scilicet virtutes correspondere oportuit: virtuti quam concepit. Quocirca necesse fuit vt fides/spes/charitas/iusticia/prudentia/fortitudo/temperantia virtuosissime virginis: essent oībus alioꝝ virtutibus superexcellētiores/et nobiliores bonitate/magnitudine/perseuerātia/et reliquis. nā secundū excellētiā et nobilitatē virtutis operis interioris quod fuit in conceptu/et scdm virtutē naturalem ipsius virginis beate: oportuit ipsam virginē mariā habere fidē in sibi dictis a gabriele archangelo. in hoc etiā eius spem/caritatem/iusticiā/et ceteras oportuit esse magnas. quare cū opus virtutis intra/et opus virtutis extra sint adeo magna: oportuit ea adinuicem correspondere in excellentia summa. vnde nemo existimare posset quantis laudibus in virtutibus theologicis et moralibus sit digna dei mater. nec ad eas exprimēdas sufficere vllatenus possum/quare desisto. Questio. Questio

Laus (inquit eremita) due dñe beatā dei genitricem laudabant in virtutibus. Altera laudabat eā de iusticia: altera vero cōmendabat eā in misericordia: et quelibet illarum plusq̈ alia credebat eam laudare. Illa que laudabat eam de iusticia: dicebat ipsam plus amare iusticiā q̈ misericordiā/in q̈tum odit omnes illos qui odiunt filium suū/et qui negant illum esse verum deū et hominē: et eam non esse dei matrē et virginem. et quoniam negantes ista plures sunt q̈ affirmantes ea: oportet ergo

vt ipsa plus diligat iusticiā ꝙ misericordiam. Altera vero dicebat eā plus diligere
misericordiā ꝙ iusticiā: quoniā deus vt parcendo/genus humanū recrearet: carnē
assumpsit humanā ex ipsa beata dei genitrice. et quoniā misericordia fuit huius sa-
cratissime incarnationis occasio: et ipsa beata dña nostra ratione ipsi⁹ incarnatio-
nis est mater dei virgo. plus ergo diligit misericordiā ꝙ iusticiam. vnde questio est

Intentio

que illaꝝ sup hoc plus laudabat beatissimā dei genitricē. Dixit intentio. Que-
dam domicella virgo diligebat beatā virginē dei genitricē. verūtamē aliquotiens
tētatione vexabatur: quia mirabatur eā posse virginē pmanere post partū/et ante.
et quotiēscūqꝫ hac affligebatur tētatione: remittebatur ei multū ex amore quē ipsi
beatissime virgini dei matri gerebat. quia cū tētabatur non poterat eā tātū amare:
ꝙ cū non tētaretur credēs eam virginē post partū et ante. vnde mirabatur hec qua
natura tētatio poterat ei virtutē auferre: diligēdo virginē sanctissimā dei matrem.
Dum autē hec domicella sic pmaneret: contigit vt oculis infirmaretur: dolore capi-
tis nimis afflicta. et quidā vir sanctus ex oculoꝝ infirmitate vi cuiusdā preciosi la-
pidis eā curauerit/et virtute orationū dolorem capitis abiecerit. postꝙ autē hec ab
istis egritudinibus curata fuit: aliam iterū incurrit infirmitatē/videlicet desideriū
peccandi carnaliter cū sancto viro. itaqꝫ virginitatē spiritualē quādiu ob virgini-
tatē dei matris dilexit et possedit: amisit. Cū aūt hec corruptā spiritualiter se senti-
ret: mirata fuit quomodo poterat hoc fieri/vt sine virginitatis corporis sui corrup-
tione in anima sua corrupta foret. quare tūc pcepit quoniā sicut anima violare po-
terat virginitatem absqꝫ corporis violatione: ita et multo melius corpus virginis
cōsecrate dei matris/post partū et ante inuiolata virginitate poterat permanere/
cū in anima sit virginitas intētione prima: in corpore vero intētione secūda. verū-
tamē hec cōparatio adhuc ipsi puelle non suffecit: donec considerauit/quoniā sicut
margarita curauerat eā ab oculoꝝ infirmitate/et virtuosi sermones sanauerāt eam
a capitis dolore/et hoc sine corruptione ipsius margarite/et sermonū: sic per virtutē
sermonis archangeli/et per virtutē pciositatis virginitatis beatissime dñe nostre
potuit esse incorruptibilis virginitas corporalis eius post partum et ante. Adhuc
tamē hoc exēplū sibi non suffecit: donec considerauit/quoniā ex hoc ꝙ ex ipsa bea-
tissima genitrice nasci hominē oportebat in quo esset virginitas ipsi⁹ hominis in-
corruptibilis: necessariū erat ipsam beatissimā hui⁹ hominis matrē corporalē vir-
ginitatē incorruptibilē habere. nā virtus illius hoīs dei/constat intentione prima:
virtus vero virginis matris eius/intētione secūda. Et ideo cum hec puella ad hūc
altū virginitatis punctū considerās ascēdit: postea in predictā tentationē de virgi-
nitate dei matris non cecidit. et perpēdit quoniā ratione tētationis/dū tentabatur
non poterat beatam dei matrē virginē tantum amare: quia deficiebat ei virtus tūc
temporis cum tentatione predicta vexaretur. et propter hunc virtutis defectū inci-
dit spiritualiter in corruptionē virginitatis: de qua sanauit eam beatissima virgo
virginū. quia ad honorem sui: virginitatem spiritualem et corporalem amabat.

Oratio

no^e ora debz vestiri v[ir]tutibz & ma[xi]me Humilitate

Priusꝙ oratio inciperet orare: voluit virtutibus vestiri. vt haberet vestimenta:
que ad orationē pertinēt gratiosa. que cū induta fuisset virtutibus et ornata/dixit.
Virtuosissima regina virtutū: plures sunt in mundo vicia ꝙ virtutes. plus enim est
desperantie: ꝙ spei. et plures sunt in mūdo non habentes caritatem: ꝙ qui habeāt
illā. plus quidē est iniurie: ꝙ iusticie. et plus stoliditatis: ꝙ prudentie. et plus inertie
cordis/et gule: ꝙ temperantie. et plus auaricie: ꝙ largitatis. et luxurie: ꝙ castitatis.
et superbie: ꝙ humilitatis. et acidie: ꝙ magnanimitatis. et ire: ꝙ mansuetudinis.

tu autem regina prudentissima melius hec perpendis ꝙ ego referre tibi sciam. hoc siquidem quo plus cõtristor: est quoniã plura sunt vicia ꝙ virtutes. maxime vero/ quia ipsa vicia sunt in diti oribus/et potentioribus mundi: qui vehemẽtius hono-rãtur. et quedam modice virtutes: sunt in pauperibus modicum honoratis/ modi-cis ꝙ precij et modice potestatis. Et qm̃ hoc ita est vt in pl⁹ serpant vicia ꝙ virtutes/ et in hominib⁹ venerabilibus et potẽtioribus tendãt amplius ꝙ virtutes: quis est ille qui debeat hec sustinere diligens tuam virtutem/et tuam reuerẽtiam adherẽs virtutib⁹/odiẽs ꝙ vicia? Sane hec/ domina virtuosissima: nõ valeo sustinere. pla-ceat tibi sanctissima: vt hec a modo non perpetrentur. sed ora filium tuũ vt cõcedat mũdo gratiam in oppositum se mutandi: videlicet vt plures sint virtutes ꝙ vicia. ꝛ virtutes plus sint in honorabilibus et potentibus ꝙ in ijs qui sunt parui/et modice potestatis. Et nisi hoc a filio tuo impetres (quoniã bene scio quia potes: tãtam ha-bes cum eo virtutem et potestatem) vtiq̃ de te cõquerar tue met virtuti/que etiã vi-cijs insuper contrariatur. qm̃ contra ipsam virtutẽ tuã sunt: et etiã contra tuã pote-statem/similiter et cõtra tuam bonitatẽ/magnitudinẽ/et reliquas tuas dignitates.

O tu domina dominarũ/corona coronarũ (inquit oratio) per ipsam sanctã vir-tutẽ que de tua bonitate/magnitudine/perseuerãtia/et potestate orta est: procedẽs in filium tuũ deum et hominẽ/te oro tota virtute fortitudinis mee/ vt destruens vi-cia multiplices virtutes. Et ex quo per illam virtutem te oro que est illa quam plus diligis/et per quam vehementius diligeris et honoraris: nõ debeo pati repulsam. quoniã si sic iniuriã feceris virtuti quã pl⁹ amas/similiter et virtuti tue/atq̃ virtuti omniũ virium mearum. maxime etiam quoniam oro te vt illa virtus quã vehemẽ-tius amas: ametur/honoretur/ꝛ cognoscatur/atq̃ sibi seruiatur. Sed nescio qđ in-fortuniũ michi inest pro peccatis meis. semel quidem te rogaui pro quadã domina que suũ filium perdiderat/quem vehementer amabat: tu autem tũc me propter de-uotionem quam illa tunc in te habuit exaudisti. sed cũ te oro vt tua virtus/imo etiã filij tui honoretur in mundo: videtur michi quoniã non dignaris me exaudire. nũ-quid recordaris cum te orabam/vt cuidam sacerdoti concederes gratiam exeundi de sordibus luxurie/gule/superbie/et auaricie: vt non inferret turpidinem tuo filio cum eum sacrificabat/nec etiam vnq̃ pro eo exaudire me voluisti. sed exaudisti me pro pueri infirmitate quem sanasti: pro illo autem sacerdote pro quo te multotiens compulsa fui orare/exaudire me noluisti. vnde valde me contigit admirari. Tu gloriosa mater pietatis/et gratie es domina publica iustis et peccatoribus: quoniã omnes clamant dicentes/domina nostra/pietatis domina. omnes quidẽ sperãt in te: et te semper inuocant in necessitatibus suis. Quibusdam eorum auxiliaris in in-firmitatibus suis: contractos sanas/pauperes ditas/eos qui sunt in peccato mun-das. Itaq̃ omnibus in te confidentibus auxiliaris. Veruntamen non michi vide-tur vt de vtilitate publica multum sis solicita. sed quoniam virtus publica nobilior est virtute particulari et priuata/et tu mater es publica pietatis: quid esse potest ꝙ virtuti publice non auxiliaris (que deperit) amicis viduata? cur ꝓ virtute priuata ꝙ publica citius exaudis? plorauit oratio/illi diei maledicẽs in qua fuit amata po-tius vtilitas particularis ꝙ publica. et nisi sibi inde vicium immineret: improperaret dei matri/et quibuscunq̃ consilium tale dantibus plus vtilitatem particularem ꝙ publicam amandi. hec autem laudi: que oratio nimis proterue audebat/displicue-runt. videbatur enim laudi: orationem nimis insolẽter in gloriosam virginem/do-minam nostram insolescere. Et respondit orationi dicens: Audi oratio. beatissi-

ma virgo domina nostra pro vtilitate publica facta est dei mater: idcirco naturali⁹
diligit publicam q̄ priuatam vtilitatē. sed tu oratio tu ponis in hominibus paucis
rogātibus pro publica vtilitate: et in multis eam precātibus pro singulari et ꝓpria
vtilitate. vnde beatissima domina nostra nullā culpam inde meretur. verū tu eam
sola mereris/et tā q̄ insensata loqueris. culpam ei quā tu ipsa mereris impingēs ac
improperans. Quoniā cum in multis hominib⁹ pro vtilitate priuata rogantibus
te ponis: si poneres te in omnibus hominib⁹/et pro vtilitate publica rogarēt sic af-
fectuose grate matrē/ipsa tūc potius pro vtilitate publica q̄ ꝑticulari et priuata te
exaudire deberet. nūquid non plorare/languere/suspirare/ieiunare/ et erogare fa-
Eremita cis homines pro vtilitate priuata? quare igitur non cogis hoc idem eos facere pro
publica. Questio respondere voluit oratio: sed eremita sermones interrupit et
dixit. due domine orabant beatā dei matrem. Altera rogabat vt concederet ei vir-
tutes: et altera vt vicia ab ea remoueret. Quelibet autem illarum melius orare cre-
Intentio debat q̄ altera: vnde questio est que illarum prestantius munus petebat. At in-
tentio. quidam religiosus solēniter predicabat: cuius tamen sermones in populo
parue erāt vtilitatis. Unde cepit āmirari vnde hoc: et qua ratione esse poterat. qui
deprehendit quoniam indigētiam virtutis habebat/sequi: suos sermones magni
fructus esse non posse. Idcirco religiosus ille ad predicandum et disputandum
cum sarracena gente profectio: sese periculo mortis ad honorem gloriose dei geni-
tricis magnificans dominū ihesum christum exposuit. Nec sic timuit mortem/nec
expauit sustinere labores: vt sermones sui virtutem acquirerent/considerans vir-
tutem esse maiorem in predicatoribus in periculo mortis predicantibus/ et labores
maximos ad honorandum deum/et beatam eius genitricem sustinentibus q̄ sine
laboribus/et sine mortis ꝑiculo predicantibus. Idcirco sermones illius sancti viri
qui prius inter christianos virtutis efficaciam non habuerant: magnam virtutis
redundantiam (cum inter gentem sarracenicā disputando predicaret) habuerunt.
hic autem multos infideles ad fidem cōuertit. fructumq̄ magne virtutis ad hono-
rem dei/et beate virginis gloriose multiplicauit. Et ego intētio valde venerata fui:
et ea virtute (que michi congruit) adornata.

De veritate. Cap. VIII

Questio l Aus inquit eremita: quid est veritas? que respondit dicens: veritas est id
Laus quod est verum de bonitate/magnitudine/et reliquis. de qua tribus mo-
dis beatam dei matrem intendo laudare: videlicet a magnitudine sapien-
tie/a magnitudine voluntatis/et a magnitudine potestatis. Sapiētia dei hominis
inquit laus: est magna eo quia est deitas/et est magna eo quia est humanitas. Est
autem adeo magna vt nulla alia sapiētia possit esse maior: similiter et sapientia ge-
nitricis eius (excepta sapientia ipsius filij) quoniam nulla est creatura/cuius sapiē-
tia sapientiā gloriose virginis dei matris dei valeat superare. Quidquid enim sa-
pientia diuina et sapientia humana dei hominis filij virginis gloriose possunt scire
bonitatis/magnitudinis/et reliquarū proprietatū in vna sanctissima virgine con-
secrata: ponūt in verum veritas diuina/et veritas humana in ipsa preciosa dei ge-
nitrice. cum ergo he due sapiētie dei hominis tante sint/et tantum possint scire bo-
nitatis in ipsa gloriosa matre sua/ et veritas dei et hominis totum illud in verum
ponere: quis existimare potest maximam huius gloriose virginis veritatem?
Voluntas diuina et volūtas humana que sunt dominus ihesus christus: tantū
amant bonitatis/magnitudinis/et perseuerantie in sua gloriosa matre/ q̄tū valēt

in ea scire ipsa diuina sapientia et humana. Cū ergo diuina volūtas et humana tā te sint diligēdo eam vt nequeant esse maiores/et veritas totum illud in ea ponat in verum: quis posset enarrare/aut audire maximam veritatem bonitatis/magnitudinis/perseuerātie/et potestatis ipsius gloriose domine nostre? In homine deo est potestas diuina et potestas humana. quarum quelibet tanta est vt maior esse nō possit: ista secūdum deitatem/et illa secūdum humanitatem. Quātum igitur ambe potestates in sua beatissima genitrice possunt: tantum ponit in verum in ea diuina veritas/et humana. quoniam nisi hoc ita esset: posset predicta sapiētia scire/et predicta voluntas amare/plus bonitatis/magnitudinis/et perseuerantie: ꝙ veritas diuina et humana filij beate virginis posset in verum ponere. quod est contra diffinitionem veritatis/et contra magnitudinem sapientie/volūtatis/et potestatis dei hominis. Magna est ergo veritas beate virginis domine nostre in qua magnitudo veritatis diuine/et magnitudo veritatis humane faciūt in verū existere tā maximū opus sciēdi et volendi: per quod scilicet opus positum est in verum eam esse dei matrem/et eam esse virginem matrem/et eam esse matrem omniū creatorum/et eam esse nobiliorem creaturam omniū (excepto suo filio) creaturarum/ deficiebat laus ad laudandam beatam dei genitricem/voluitq; silere: sed oratio dixit ei. lauda laus gloriosam dei matrem de veritate. nam ꝙto magis de veritate eam laudabis: tanto magis ponet ipsa in verum id quod orando ab ea petam. oratio (laus inquit) non possum vlterius ascendere ad laudandam eam: quoniā si sapiētia/volūtas/et potestas filij sui non possunt vlterius esse occasio et ratio veritati ad ponendum in verum de ipsa: quomodo igitur potero tātum de veritate illius dicere ꝙtum existit in vero? hoc siquidem aliquomodo fieri non potest: nisi ego tātam magnitudinem sapientie/et voluntatis/et potestatis haberē/ꝙtam habet filius eius benedictus.

Questio. Laus (ait eremita) erant due domine: quarum altera desiderabat scire beatissimam virginem mariam esse dei matrem: et altera hoc credebat. Illa vero que desiderabat eam scire esse dei matrem dicebat: quoniam ꝙto magis hoc intelligeret necessarijs rationibus/tanto magis eam amaret. sed altera dicebat quoniā si intelligeret eam esse dei matrem: meritū quod optinebat credendo perderet. quo perdito: necessario gloriam sempiternam amitteret. Unde questio est: que magis dilexit beatam dei genitricē/et eius veritatem. Questio

Locuta est intentio dicēs: quedā domina et quedam domicella/pariter peregre pergebant ad quoddā sacrū sacellū vbi beatissima virgo dei mater multis venerabatur miraculis. Cum autē ambe simul proficiscerētur in itinere: vna quesiuit ab altera/ qua intentione hanc peregrinationem suscepisset. domina dixit vt in ipso sacro sacello dei genitricem oraret: vt concederet ei/et conseruaret fidem et credulitatē veritatis/qua veritatē que de ipsa beata dei genitrice sibi diceretur crederet: ad hoc vt unde gloriam perpetuam optineret. Domicella vero dixit: se peregrinari vt in ipso sancto sacello beatissimam dei genitricem oraret. vt cōcederet ei cognitionē falsitatis: ad hoc vt cognita falsitate/veritatē (qua honorabiliter desiderabat seruire ipsi beate dei genitrici) cognosceret. Cumq; sic adinuicem colloquerētur eundo: ecce serpens maximus valde visu horribilis apparuit eis in via: maximū inferens vtriq; terrorem. sed domicella immobilis permāsit/nec ab itinere declinare voluit: domina vero retrorsum refugit. quam serpens vt vidit fugiētem persecutus est: et presente domicella peremit. domicella vero viam suam tenuit: plurimū admirata/quare serpens dominam occiderat/et sibi non nocuerat. cum hec itaq; pergeret considerando: rogauit beatā dei Intentio

genitricem vt placeret ei dare cognitionem/que ratio erat cur serpens dominā occiderat et sibi damnū nō intulerat. ea sic orante recordata est se creatam esse intētione diligendi beatam dei genitricē/et filium eius benedictū/et seruiendi eis potius: q̄ intentione gloriam habēdi. nam et ipsum obsequiū quo beate virgini/et filio suo tenetur/est intentione prima: et gloria quā inde sperat/intentione secunda. et ideo his intentionibus sic animaduertens: cognouit intētionem propter quam serpens dominam occiderat/et propter quam ipsam domicellam illesam abire permiserat.

Oratio — Orauit oratio beatissimam virginē dei matrem: secūdum hos sermones. Sanctissima virgo gloriosa in te est veritas cū sis dei mater et virgo: mater quidē summi viri verioris et melioris omnibus/qui principium est et finis omniū creatorum. tu iustorum mater/et peccatorum. hoc autē verum est totum. ergo tua veritas magna est in bonitate filiationis/et maternitatis et virginitatis: et bona in magnitudine earūdem. Cum igitur tam beatam/et tam magnam habeas veritatem: oro te mater et virgo gloriosissima/per hanc tam bonam et tam magnā veritatem tuam/ vt ipsa veritas tua ponat in verum te habere desiderium ꝙ inter nos magna veritas assit/in cognoscendo et amando te et filium tuū benedictum/atq; veritatem suā et tuam. tanta magnitudine bonitatis/ et tāta bonitate magnitudinis: vt moriatur atq; intereat falsitas/que mundum perturbatum detinet/et peruersum. et extendatur veritas in toto orbe terrarū per predicationem euuangelij: et eius quod veritas filij tui facit existere verum de tua bonitate/magnitudine/pseuerantia/ ⁊ potestate.

O domina misericordie plena pietatis ait oratio: ego peccatrix misera peccaui per falsitatem/qua posui in falsum id ꝙ verum erat de bonitate/magnitudine/perseuerantia/et potestate propter preces meas indebitas: quoniā falso oraui te/cum oraui te plus timore q̄ amore. cum multo magis oranda sis/amore q̄ timore. quoniam amor timorem precedere debet: sicut in precio maius bonū precedit minus bonū. peccaui ergo tibi domina mea mitissima ponendo in falsum/id quod verum est veritate: ipso vero permanente in bonitate/ et falso in malicia. quare de his valde penitens/inuocans veritatem tuam benignissimā: vt ponat in verum bonitatis et magnitudinis contritionem meam. quam habeo super ijs: que gessi aduersus tuā veritatem. Et ex quo puro corde sic te precor: oportet vt veritas tua parcat michi/ aliter nō poneret in verum id quod est de bonitate/magnitudine/ et reliquis: et qd̄ sequitur id quod est puro corde postulare veniam de peccatis/sub vera veritatis confessione. Tu domina stella refulgens/aurora claritatis perpendis in mundo plus esse falsitatis q̄ veritatis: quoniam plures sunt in mūdo credentes falsitatem/ discredentes veritatem/q̄ contra credētes veritatem et discredētes falsitatem. hoc autem: per experiētiam manifestam/scim⁹. quare necessario verum est. hoc siquidē esse veritatem est verum: scilicet falsitatem plus esse in esse contra veritatē bonitatis. per quod scilicet verum: falsitas est mala veritas. quam quidē malam veritatē: bonū esset in veritatem bonam cōuerti. hoc est plus esse veritatis in mundo q̄ falsitatis. quare deprecor tuam veritatem: vt ponat in verum per orbē vniuersum pl⁹ esse veritatis q̄ falsitatis. quoniam nisi ita fiat: plus cōcordabit magnitudo falsitati et malicie/q̄ bonitati et veritati. plorauit oratio/similiter et laus: quia plus est in mundo falsitatis q̄ veritatis.

Questio — Questio. Oratio (dixit eremita) quedā domina laudabat beatam dei genitricem: et quedam alia excusabat eam cōtra lusores/ei cū perderent maledicētes. et contra iudeos etiam: qui q̄tum poterāt filio suo benedicto maledicebant. vnde questio est: que illarum plus dilexit beatissimam dei matrem.

nā illa que eā laudabat pulchra erat et pinguis/idumētis speciosis ornata: illa vero
que eā excusabat/egena et paup erat/et macilenta. insup illi contra quos excusabat
dei matrē: multa illi īferebāt mala/multa enormia et derisiones. Ait intētio. que- Intentio
dā dña: cuidā prelato cōfitebať. hec castitatē amabat/carnaleqȝ debitū viro suo p-
soluere nolebat: ppter qđ ipse vir cū quadā meretrice mecat⁹ est. vnde hec dña hu-
ius reatus cōscia premebať. videbať enī illi: adulterij viri sui se culpā incurrisse. hec
autē cōfessa est prelato: qui penitētiā iniūgēs ei pcepit/vt a modo debitū carnis vi-
ro suo redderet/ne deinceps occasionē adulterādi vir su⁹ haberet. Cū hec confessa
recessisset/incepit ipse prelat⁹ cōsiderare/ vtrū ipse perditionis infideliū qui tēdunt
ignorāter in pditionē occasio esset: cū ipse sit prelat⁹ intētione mōstrādi ignorātib⁹
eā/dei et beate matris eius veritatē. dū igitur sic cōsideraret: cōsciētia dictauit ei vt
sicut predicta dña peccabat/qm̄ nō satisfaciebat itētioni qua erat vxor/viro: sic etiā
ipse platus peccabat: qȝ nō satisfaciebat intētioni qua fuerat in illo ↄstitut⁹ officio.

De gloria. Cap. X

Laude quesiuit eremita: quid esset gloria. cui laus respōdit dicens: gloria Questio
a est ipsa delectatio cui bonitas/magnitudo/et reliqua acquiescunt. Quo- Laus
niā igitur beatissima virgo maria dei mater est gloriosissima: de gloria de-
sidero laudare ipsam tribus modis. videlicet scđm bonitatē/secūdū sapiētiā/et se-
cundū amorē. In gloria ipsius beate dei matris quiescit et delectatur bonitas ei⁹:
ipsa quidē habēte gloriā bonā/vidēdo/audiēdo/intelligēdo/et amando filium suū
deum hominē. qui adeo bonus filius est: vt melior esse non possit. est quidem adeo
bonū ipsum videri/audiri/intelligi/et amari: qȝ nichil aliud melius esse potest. In
hoc ergo tanto bono quod habet dei mater videndo/audiendo/intelligendo/et a-
mando filium suū benedictum: habet tantam gloriam vt tota plena sit et cōprehēsa
videndo/intelligendo/et amādo. videndo quidem: quoniam videt filium suū deū
hominem angelis et creaturis omnibus dominari/pulchriorem et nobiliorem qui
videri possit. Cum autem audit angelos/et sanctos omnes eterne glorie clamātes
eum esse deum hominē filium eius virginis benedicte/et omnes cantantes et psal-
lentes laudes quibus adorant filiū ipsius benedictum simul/ vnaqȝ cum ipsa virgi-
ne beatissima: maxima quidem gloria sensualis est ipsi virgini sanctissime in tantū
vt nequeat esse maior. tantam habet ergo inde beatitudinem: qȝ tota redundat in
gloria bonitatis sensualitas eius. itaqȝ permanet glorie plena: multo melius q̄ cor-
pus colore/et ignis calore. Secūdū sapiētiam: rationabile est gloriam beatissi-
me dei matris valde laudari. nam ipsa sapiētiam habet qua intelligit vnā deitatē/
vnam essentiam/vnā naturam/vnā diuinitatē. In hac siquidē deitatis vnitate in-
telligit vnū patrē/vnū filiū/vnū spiritū sanctū: qui sunt deus vn⁹/vna deitas/vna
essentia/vna diuina natura. et ipsum patrē generare filiū de seipso: intelligendo se-
met ipsum esse deum. nam in eo qȝ intelligit semet ipsum esse deū/bonū/infinitum/
eternū/et oīpotētem: oportet suū intelligere esse actionē de qua cōster diuin⁹ actus
tot⁹ de ipso deo patre pducť⁹/videlicet de tota essentia et natura patris: vt ipsa ac-
tio tāta sit quāta essentia/et vnitas dei/ne ipsa dei vnitas ociosa existat: sed habeāt
actionē i deo bonitas/magnitudo/eternitas/et reliquae dei dignitates nullatenus
existētes ociose. Et qm̄ de⁹ agēs nō potest seipsū multiplicare cū tā sit bon⁹/īfinit⁹/
etern⁹/et eiusmodi reliqua: pducit qdē de seipso ītelligēdo seipsū/aliū q est ipsemet
de⁹ filius ipso patre permanēte ipsomet deo. Generās itaqȝ de⁹ pater deū filiū: dili-
git eum tātum q̄tum seipsum. nā ex quo generat eum sibi equalē in bonitate/infi-

nitate/eternitate/et reliquis dignitatibus suis: oportet necessario vt tãtum diligat eum q̃tum semetipsum/ex quo tantũ valet q̃tũ ipse pater. filius etiã econuerso diligit patrem intantũ q̃tũ seipsum (hunc enim amorẽ vtriusꝫ tãtum esse oportet in bonitate/infinitate/eternitate: q̃tum est vterꝫ et quelibet eoꝝ diligẽtiũ) et quoniã vterꝫ et quilibet eorũ est deus imultiplicabilis: oportet vtriusꝫ amorem ab vno in alium resultare qui non sit aliquis eorũ duorũ producentiũ. ille autem amor alius/spiritus sanct⁹ est ab vtroꝫ procedens: deus ipsemet scilicet ex patre ꝛ filio/deo patre diligente filiũ et ecõuerso. et quoniam essentia et natura ipsius patris generãtis filium/et ipsius filij est vna et eadẽ/et vterꝫ de tota ipsa eadem essentia: permanent tam tres vnus deus. nã ipsi non possunt esse tres dij distincti: ex quo ipsorũ triũ vna eadẽꝫ est essentia/et natura/et bonitas/infinitas/eternitas/et potẽtia. et hoc etiam quia pater generat filiũ in infinitate et eternitate: quia ipsa diuina essentia et natura diuisibilis esse non potest. et nichilominus ipsas tres personas totas distinctas esse oportet: vt non sit in eis actionis cõfusio sed sit eorũ actio infinita: bonitate/magnitudine/eternitate/et reliquis. quoniã si deus intelligẽdo semetipsum nõ distingueret inter intelligentẽ/et intellectũ ita vt alius ab alio distinctus non ꝑmaneret: nũq̃ intelligi posset quis intelligit et quis intelligitur/et quis amat et quis amatur: qm̃ ille qui intelligit esset ipse idẽ numero qui intelligitur intelligẽs se. Itaꝫ intelligẽs et intellectus essent vn⁹ numero imẽse/et eternaliter/absꝫ distinctione. vnde non posset sapiẽtia esse ratio qua deus sciret se ipsum intelligentẽ et intellectũ: nec diuinus amor esset ratio qua deus amaret et amaretur/et sic de bonitate/eternitate/et potestate/vnitate/ꝛ reliquis. vnde sequeretur priuatio actionis intra diuinã essentiã: ꝛ existeret deus in seipso ociosus ꝑ bonitatẽ/magnitudinẽ/eternitatẽ/potestatẽ/sapientiã/amorẽ/et reliqua. qḋ est ĩpossibile: quare necessario oportet in deo esse distinctionẽ ꝑsonaꝝ: ita vt hec nõ sit illa nec ecõuerso. Hãc ergo actionẽ (ait laus) intelligit beatissima dei mater in gloria: ita sicut est. vnde quiescit ei⁹ sapiẽtia/et delectatur in gloria videlicet maxima delectatione quam gloriosa dei genitrix habet intelligẽdo ꝑdicta. q̃ intelligere est maior gloria et beatitudo q̃ in beato esse potest.

In beatissima virgine dei matre (ait laus) est amor quo diligit filiũ suũ esse hominẽ in filio dei: ita vt homo filius et deus fili⁹ sint vna ꝑsona scilicet vn⁹ ihesus christ⁹ filius ipsius virginis gloriose/habẽs duas essentias distinctas: videlicet duas naturas/duas bonitates/duas magnitudines/et hũc in modũ de reliquis (ꝑmanẽte qualibet id qḋ ipsa est) ipsis existẽtib⁹ vno filio dei hoĩe/videlicet vno ihesu christo filio virginis ꝓciose. nã sicut deitatis vna est essentia et natura ꝑsonarũ/nec alia ipsarũ ꝑsonarũ est alia: sic in ipso ihesu christo vna est ꝑsona et plures sunt essentie et nature. Et sicut est opus mirabile vnionis in ihesu christo: ita diligit illud ipsa beatissima virgo mater. Et sicut ei placet illud plus posse ammirari et diligere: sic habet esse. Cũ ergo hec beatissima dña nostra adeo vehemẽtissimũ habeat amorẽ quo sufficiat amare amabilitatẽ op̃is diuini ꝛ hũani in ihesu christo filio suo: quis extimare posset sũmã gloriã et beatitudinẽ ei⁹/et maximũ amorẽ quẽ ad ipsum/et ad bonos angelos/et ad sanctos oẽs habet atꝫ iustos/et peccatores cõfidẽtes in ea: nõ possũ sufficere (laus inquit) laudare gloriã beate virginis glo͛se. quare me desistere libet.

Questio Questio. Laus (ait eremita) quedã dña valde magnã delectationẽ habebat et gaudiũ: cũ audiebat laudare beatissimã dei matrẽ. et quedã alia dña delectabatur valde: cũ eã laudabat. vnde q̃stio est: que illaꝝ scd̃m naturã/maiorẽ debuit habere delectationẽ. illa cui placebat audire diuine matris laudationem/dicebat maius se

gaudiũ habere audiẽdo q̃ loquẽdo. nã audiẽdo aduenit delectatio ab extra menti
interi⁹/nõ autẽ loquẽdo. Altera vero dicebat/ vtiq̃ loquẽdo veniũt placita ꝛ gau-
dia mẽti interne in q̃tũ similitudines suas mittit foras ꝑ sermones significãtes oꝑa
interiora. et hec oꝑa sunt maiora/et nobiliora: q̃ illa que de foris et extra veniũt in-
tra/ꝑ exteriora. Aīt intẽtio. quedã virgo: ꝓpter amorẽ beate virginis matris dei/ Intentio
dm dilexerat virginitatẽ. accidit aũt quadã die cũ iã esset mulier: ꝯsiderasse se posse
filios et filias habere/ qui essent ad laudẽ et honorẽ beate dei genitricis. et cũ ita cõ-
siderasset: desiderauit viꝝ habere ꝑ matrimoniũ/ vt ꝑdicta intẽtione prolẽ haberet.
dolebat tñ se suã ꝑdere virginitatẽ: qua similis erat virgini gloriose. Cũ autẽ sic he-
sitãs vtrũ nuberet aut nõ/ nutaret: cõsiderauit in ꝑuerso statu seculi/ quomõ plures
sunt hoĩes tẽdẽtes in viã ꝑditionis q̃ in viã saluationis/ et hi qui ꝑditi sunt in infer-
nũ blasphemãt ꝛ maledicũt beate dei genitrici: tũc illa penit⁹ ꝓposuit nũq̃ nubere.
qꝛ ꝓgeniẽ nullã volebat habere: que forte in eternũ malediceret beate dei genitrici
sacratissime. Orare voluit oratio trib⁹ modis beatissimã dei matrẽ scd̃m q̃ trib⁹ Oratio
modis laus laudauerat eã: et subintulit hos sermones. Tu dñã optima cuius boni-
tas quiescit et delectat̃ in gloria tua: velles ne inclinare te sermonib⁹ meis ꝓreali-
qua quã possim et agere et dicere honori tuo. imo etiã honori/ et reuerantie filij tui.
quẽ tãtũ amas/ in quo tãtũ delectaris/ quẽ vides tam bonũ/ et tã honoratũ de quo
cõtinue tot laudes maximas audis. Et tu regina mitissima ex quo tãtã habes boni-
tatẽ et tãtã gloriã vidẽdo et audiẽdo tuũ filiũ benedictũ: posset ne in bonitatẽ ꝛ glo-
riam recipi mun⁹ exauditionis et venie (quã postulo pro peccatorib⁹ descẽsuris in
infernũ tibi et filio tuo glorioso maledicturis) nisi tu ꝑijssima mater eis auxilieris.
qui tñ (si auxilieris) in saluationẽ trãsibũt/ et suꝑ ijs que de te et filio tuo iubilabunt
letaberis in eternũ. qm̃ in ꝑpetuũ te adorabũt cõfitẽtes te dei ꝑijssimã esse matrem.
Si vero ꝑibũt nũq̃ de coꝝ dictis et factis in te et filiũ tuũ gloriã ꝛ placitũ cõseque-
ris. ꝛ cõtra/ ipsi de te que mater es pietatis: nũq̃ opẽ sꝑabũt. Cũ ergo tu sis optima
et gloriosissima: quomodo potest aliquid fieri/ q̃ inde nõ habeas bonũ/ et felicitatẽ?
Tu regina celi in celo es/ et ego sum in terra: si autẽ essem in celo et intelligerem
modũ scd̃m quẽ deus pater generat deũ filiũ/ et scd̃m quẽ deus pater et deus filius
spirãt spiritũ sanctũ/ et quomõ spirit⁹ sanct⁹ diligit patrẽ et filiũ: et quomodo in eo
cõpletur vtriusq̃ spirãtis oꝑatio/ sine quo ipsa oꝑatio eorũ cõpleri nõ posset: nunq̃
ego sic ꝑdictã beatissimã dei oꝑationẽ intelligens repudiarer in aliquo qđ abeo po-
stularẽ. deus enĩ nũq̃ posset illud michi negare in qua tãta inesset gratia ex quo sic
intelligerẽ deũ ꝛ ex quo tant⁹ esset amor quẽ deus ad me gereret: maxime cũ nisi li-
cita michi dari poscerẽ. Cũ ergo tu regina altissima/ totũ opus beatissime trinitatis
diuine intelligas existẽs in celis cũ deo altissimo: nõ dubito si oraueris ipsum filium
tuũ vt gratiã suã influat in mũdũ quatin⁹ a iustis et peccatorib⁹ cognoscat̃ et amet̃
vnitas altissime maiestatis dei/ et ei⁹ gloriosissima trinitas/ atq̃ tu⁹ honor: quin te
exaudierit. Quid ergo agis clemẽtissima dñã? Cur non oras? nõne vides quomõ
ꝑiclitatur mũdus? nõ enim cessant peccatores in ignẽ ruere sempiternũ: et hoc vs-
quequaq̃ cõtinue ex quo mũdus condit⁹ est nõ aliter q̃ ad mare fontes/ et flumina
labi ꝑcipiteo non cessarũt. Pijssima regina spes peccatorũ: tu diligis filiũ tuũ ex
quo oportet vt oĩa diligas que diligit/ et oẽs eos qui diligunt eũ. Tu quidẽ diligis
eũ deũ hoĩem: et ipse/ deũ hoĩem se diligit esse/ et ita est sicut diligitis tu et ipse. Tu⁹
ergo filius diligit ea que diligis/ et tu diligis ea que filius tu⁹ diligit: tu⁹ autẽ filius
diligit honorẽ tuũ. ergo tu diligis honorẽ tuũ. et tu⁹ filius diligit honorẽ suũ. ergo

et tu diligis honorem suū. tu⁹ honor est et filij tui: te diligi a peccatoribus. qm̄ in illa dilectione tu mater misericordie/et filius tu⁹ pater misericordie amabimini. et peccatores te diligēt/tā q̄ filij/matris misericordie: et filiū: tā q̄ filij patris misericordie. Ergo regina pietatis nōne parces? nōne cōcedes? nōne me exaudies? imo mater

Questio et dn̄a pietatis. Questio. Oratio (dixit eremita) quedā dn̄a ieiunabat vt haberet gloriā. et quedā altera dabat elemosynas vt haberet gloriā. vnde questio est. que

Intentio duarū erat magis glorie digna. Ait intētio. quedā dn̄a cōsiderabat maximas penas infernales/et maximā gloriā paradysi: cōsiderabat quidē p̄dictas penas intentione timēdi eas/sed gloriā eternā intentione diligēdi eā. ad hec itaq̄ se habebat vt gloriā haberet: nō autē intētōe laudādi/et amādi deū et beatissimā ei⁹ matrē. Obijt hec dn̄a: et dānata fuit. nō eni licuit eā ingredi gloriā/quādoqdē plus gloriā suā dilexit que est intētione scd̄a: q̄ gloriā dei/et beatissime virginis matris que est intētione prima. Ex hoc igitur q̄ ea domina nō vtebatur debito modo sed peruerso prima intentione et secunda/non fuit equū eā ingredi gloriam: ad quam nemo peruenire potest qui falsa vtitur intentione et inordinata.

De gratia. Cap. XI

Questio D Omina laus (ait eremita) scis ne quid est gratia. que respōdit dicēs: Gra-

Laus tia est electio psone super meritū et gratuita tributio rerū bonarū/ eis qui non meruerūt. Et qm̄ beatissima virgo est ipsa gratie mater: eam laudare desidero tribus modis de gratia. primo scd̄m maternitatē/secundo scd̄m filiationē/tertio scd̄m publicā vtilitatē. Beatissima igitur virgo dn̄a nostra electa est esse mater dei hoīs: qui est melior filius qui possit esse. nec in ceteris filijs oībus tantum est bonitatis/magnitudinis/et pseuerantie q̄tū in solo hoc filio deo homine. electa est quidē mater esse huius sacratissimi filij super sua merita/et sup suā bonitatē: quoniā multo melior est hic filius/cū sit deus q̄ mater eius. Et qm̄ eius maternitas valentior est ceteris maternitatibus quecūq̄ fuerunt/quecunq̄ sunt/et erunt: electa fuit hec gratiosa dn̄a nostra esse mater in statu maternitatis altioris ceteris maternitatibus/oe qua fuit illis solēnissima gratia facta. et sup meritū suū: gratis illi data fuerūt bonitas/magnitudo/pseuerātia/potestas/sapientia/amor/ virtus/ et reliqua. quoniā inter oēs mulieres: ipsi a filio virtutibus gratificatū est. que adeo sunt excellētes: vt nullis meritis obtineri possint similes. vnde sicut eius maternitas sua merita superauit/sic eius bonitatem/magnitudinē: et oe reliquis sup sua merita sic esse oportuit. Quid dicā p singula (laus ait) plus quidem est id quod concessum est ipsi gloriose virgini matri sub ratione maternitatis/bonitatis/et reliquarū pfectionū: q̄ quidquid oēs preteriti/psentes/et futuri hoīes mereri suis meritis potuerūt. Et quis cōsiderare potest quāta gratia est esse matrē filij dei/ et esse matrē melioris hominis oībus hoībus preteritis/presentibus/et futuris? qui melior est etiam omnibus angelis/et omnibus creaturis. Et q̄ta gratia est etiam ipsi tributam esse bonitatem/magnitudinem/et pseuerātiā: nobilitati maternitatis eius correspondētes.

Tu domina es gratia plena/et via recreationis/filia dei altissimi. vtiq̄ tu magis gratiosa a deo creari non potuisti. nam sic eum/te excellentissimam/ et nobilissimā filiam creare oportuit: vt posses eius esse mater. quoniam si adhuc tu nobilior creari potuisti et non fecit: non posses quidem sic fuisse mater sue potestatis/et voluntatis/que nolent tibi tribuere totam illam nobilitatem que competit matri dei. Tu ergo preciosissima creata es adeo nobilis et adeo excellentissima filia/sicut adeo creari potuisti et sicut velle habuit fieri pater tuus. quare paternitas eius et tua

filiatio adinuicē correspondēt bonitate/magnitudine/nobilitate/virtute/ꝛ gloria.
de tota ergo hac bonitate/magnitudine/et reliquis: gratia tibi facta fuit et minus/
super oīa merita tua. quare merito vocaris gratiosa filia/gratificans cunctas filias
habentes bonitatem/magnitudinē/et reliqua. Tu regina es gratia plena in pu=
blica vtilitate: quoniā ad excellentiorē et nobiliorē vtilitatē (que potest esse) electa
fuisti. nam hec vtilitas excellētior et cōmunior est ꝙ̄ tota humana natura/ et ꝙ̄ etiā
omnes creature recipere potuerūt scilicet esse matrē dei/et matrē hominis vtilioris
et nobilioris ꝙ̄ sit omne creatū. et matrē etiam nostre publice redēptionis: et iterū
matrem iustorū/ et peccatoꝝ. nisi enim tu fuisses mater/et deus homo filius tuus:
totum quidē genus humanū fuisset perditū. Sed quoniā tu es ipsa mater benedicti
dei hominis: restauratum est quod fuisset perditū. quis igitur regina gratiosissima
posset enarrare ꝙ̄tū gratificabūda facta es pro vtilitate publica: ad quā deus super
omnes electiones/et sup cetera munera te elegit. vnde deficio (laus ait) cogitare et
pronūciare magnitudinē gratie tue. et etiā magnitudinem gratiarum (quas iustis
et peccatoribus concedis) quisꝗ̄ nec intelligere sufficeret/ nec enarrare valeret.

Questio. Laus (ait eremita) due domine erāt in quadā ciuitate et vtraqꝫ bona/ Questio
humilis/atqꝫ casta: multisꝗ̄ bonis moribus abūdabāt. altera quidē illarū habebat
gratiam viri sui/qui multū eā diligebat. sed hominū gratiā non habebat/quoniam
illam castā in suo corpore esse nō putabāt. Altera vero gratā famā habebat: et enim
de bonitate castitatis laudabāt eam. maritus vero illius supradicte/detrahebat ei:
suspicabatur enim illā esse sui corporis vsus ꝑmissione/inhonestā. vnde questio est:
que illarū vsa fuerit gratia maiori. Ait intentio. in quadā ciuitate erāt due soro= Intentio
res duoꝝ mercatoꝝ vxores/qui ad lucrandū perrexerūt ad terras lōginquas. illis
autem duabus defecit gratia: et cōtra viros suos per adulteriū peccauerūt. dū autē
in illo peccato perseuerarēt: alia dixit ad alteram. qm̄ male agimus/bonū esset nos
egredi a peccato. dehinc autē ambe profecte sunt ad delubrū: orātes beatissimā dei
matrē vt eas liberaret a peccato/suā eis cōcedendo gratiā sup ea que nō meruerāt.
et fuit ita vt alia illarū gratiā postulātum obtinuerit: et subinde fuerit casta. altera
vero gratiam non obtinuit: sed remansit peccato inquinata. Illa nāqꝫ que peccare
desijt/orauit beatam dei genitricē intētione illi seruiēdi/et eā amandi et honorādi:
et ideo quā desiderauit optinuit castitatem. Altera vero quam peccatū adhuc deti=
nuit: rogabat beatam dei genitricē intētione timoris. formidebat enim virum suū/
ne cum veniret sciens que male cōtra ipsum cōmiserat: aut tormentis afficeret/aut
necaret. et ideo quia non orauit beatā dei matrē ratione bonitatis eius/aut ratiōe
illi seruiendi: non potuit gratiam impetrare. quoniā si prima intentione (vt licuit)
petijsset: beata dei mater haud ei negasset/sed cōcessisset quecūqꝫ petierat. Orare
incepit oratio beatissimam dei matrē/et ait. Regina gratia plena: reges et pꝛīcipes Oratio
hui⁹ mūdi electi sunt gratia/vt sint reges. hec autē est gratia gratis data: quā habē=
tes non meruerūt. tu autē scis ꝙ peccatores a te postulāt die/noctuqꝫ gratiā: vt eoꝝ
crimina/ꝑ te muneribus gratie sibi concessis deleant̄. ꝑ me igit̄ a te deposcunt (que
sū eoꝝ procuratrix) vt ꝯcedas eis gratiā: nec expectes vt suis meritis possint gra=
tiā adipisca/et gloriā et dona que a te postulāt obtinere. imo cū ꝑ gratiā sup tua me=
rita sis dei mater: moueas eos ad acceptandā gratiā/ et benedictionē/ et veniā/atqꝫ
donū. qm̄ nisi sic egeris: ages quidē cōtra naturā gratie quā habes sup tua merita.
ergo deprecationem meam dulcia gratie domina exaudi. Si enim exaudieris eā:
non frustrabor gratia tua super veniam/et super donū. Nonne tu es mater et re=

gina pietatis: iusta/sancta/misericors/plena largitate? Quid mirū igitur si illi domine que remansit in peccato (prout narrauit intentio) gratiā concessisses si intentione vera pro castitate te rogasset: cur saltem ei non dedisti vere intētionis donū? Tu vero expectasti vt vera intentione se moueret ad te rogandū/vt videlicet amore tibi seruiendi maxime vellet a peccato liberari: deinde amore castitatis et amore viri sui. Sed quoniā non sic egit/obnoxia peccati remansit: ⁊ abstinuisti facere gratiam illi/et donū et veniam. nunquid igitur potius esset vt eam ad veram intentionem mouisses illi vere intētionis gratiā faciens/et donū et de peccatis suis veniā? Idem est regina misericordie de tuo filio/atq̃ de te ad presens. Expectat enim peccatores vt ad veram intentionem se moueant: vera intentione bona opera pagentes. sed quia non ita se mouent: sinit eos in peccatis iacere. et cum moriūtur: in sempiternū ignem corruūt infernalem/et in perpetuū. qui neq̃ a filio tuo neq̃ a te gratiam/donū aut veniam expectabunt. non expectant enim qui descendunt in lacum veritatem tuam. Tuus autem filius creauit eos gratis: nam priusq̃ essent non meruerant esse. deinde relinquit eos in peccatis. Ah regina clemens/hoc minime cōpetit (ait oratio) vt post merita/gratia tribuatur: sed gratiā merita oportet ꝑuenire.

Regina gratiosa de vtilitate publica tibi gratia facta est: vt laus sane iam ꝑdixit. ex hac quidē gratia influis donū et veniā quibusdā/alijs vero nō. vnde igitur tibi est et de qua natura: ꝙ tu tā istis q̃ illis gratiā donū et veniā non largiris/cū ad vtilitatem publicā sis electa? et cū tantū sit in te bonitatis/magnitudinis/et reliquaꝝ perfectionū vt oībus dare possis et parcere/et oēs mouere ad amādū et honorādū tuū filiū et te ipsam. tristis enim sum et ꝯturbata quia non parcis: nec oībus elargiris gratiā. vnde timeo ne tuā gratiā non habeā: ex quo cuncta que a te postulo non cōcedis. bene fac et succurre altissima dn̄a/mitte gratiā tuā aliquibus viris qui mūdū circūeant ad tractandā publicā vtilitatē: in quibus fulgeat in tantū gratia tua/vt eoꝝ opera et sermones secūdū verā intentionē hoīes moueāt ad amandū/intelligēdū/et exorandū filiū tuū et te/a vobis recipiētes gratiā et benedictionē. nā ꝙ ꝑ vniuersum orbē nō mittas tractātes publicā vtilitatē/nec ꝑdicētur sancta euāgelia: nec oēs vnicā legē credant/nec ꝙ ad habendā/nec ad petendā vtilitatē publicā hoīes moueātur: sed totus mūdus sic corruat in perditionē/hoc siquidē non est sustinēdū/nec potest hoc amplius natura pati.

Questio Questio. Oratio (inquit eremita) due dn̄e orabāt beatā dei matrē. Altera illarū orabat vt posset intelligere gratie veritatem: altera vero vt posset diligere eius bonitatē. vnde questio est: que illarum

Intentio meliorem egit orationē. Dixit intentio. Beata dei genitrix valde diligebatur a quadā dn̄a/que castitatem diligebat vt ipsa dei mater ei pro filio habēdo largiretur gratiā: qm̄ sterilis erat et desiderabat fructificare/prolē q̃ habere. beata dei mater annuit precibus illius: ita vt filiū habuerit valde pulchrū. qui cū ꝑ quinquēniū vixisset: mater eius in adulteriū lapsa cecidit. nā postq̃ filiū habuit/nō tātū dilexit nō adulterari: q̄tū prius faciebat. hic autē filius obijt: de cuius obitu mater illius valde desolata est/quia vehemēter illū amore dilexerat. Quadā autē die dū cogitaret hec dn̄a de morte filij sui: et recordata esset quomodo solita fuisset castitatē diligere cum filium non haberet/atq̃ pro eo ꝙ ipsa in adulterium cecidisset incurrerit absentiam gratie: intellexit iam peccatū suū causam mortis filij sui fuisse. Nā ex quo beate dei matri ipsa per intētionē defecit: et beata dei mater illi per gratiā defecit. vnde perpendit illa: se causam mortis filij sui prebuisse.

De sanctitate. Cap. XII

Aus (inquit eremita) quid est sanctitas. Respondit laus dicens: Sancti- Questio
l tas est puritas bonitatis/et magnitudinis/perseuerantie/ et reliquorum. Laus
De sanctitate quidem laudare cosidero beatam dei genitricē hoc modo.
In bonitate virginis dei matris/nulla est malicia: sed potius omnis puritas boni-
tatis: nec in eius magnitudine aliqua est malicia/ nec in eius bonitate aliqua pu-
ritas magnitudinis/et hoc idē est de pseuerātia/et reliquis. puritas igitur bonitatis
quā bonitas habet in seipsa/ et in magnitudine: et puritas magnitudinis quā ma-
gnitudo habet in seipsa in bonitate/ ꝛ hūc in modū de reliquis: est sāctitas beatissi-
me dei genitricis. qꝛ sanctitate refulget claritate bonitatis/ magnitudinis/pseue-
rāte/potestatis/itātū vt sibi nulla sit labes ꝯtraria bonitati/magnitudini/et reliqs.
hac siquidē puritate sctitatis purificat/et sctificat beata dei mater suū recolere/suū
diligere/suū intelligere: ita vt pure et sancte recolat ꝛ intelligat id qđ diligit. ꝛ pure
et sancte intelligat ꝛ diligat id qđ recolit: sic vt in hoc nullus sit defectus bonitatis/
magnitudinis/et pseuerātie. est ergo ipsa pura et sancta in suo recolere/intelligere/
et amare. et omniū illoꝝ qui eā recolūt/et intelligunt/et amāt: purificat recolere/in-
telligere/et amare. similiter et eorū bonitatē/magnitudinē/et pseuerātiā. Natura-
liter auꝝ in igne purificaꝝ. cū eni auꝝ positū fuerit in fornace: mūdificat illud ignis
et expurgat ab omni eo qđ non est de essentia ꝛ natura auri. ita ꝙ aurū puꝝ/et mūdū
efficiꝝ in seipso: et sic melioraꝝ ꝛ i sua puritate cognosciꝝ. Simili modo/ꝛ multo me-
lius id etiā habet esse de beata virgine dei genitrice: que mundior et purior est san-
ctitate ꝙ aurū sua puritate. mūdatur enim et purificatur ipsa amore gloriosi filij sui:
qui adeo vehemēter amat eā in bonitate/magnitudine/pseuerantia/ et reliquis vt
eā faciat existere totā sanctā/purā/clarā/et mundā. ita vt in ea non sit nisi sanctitas/
puritas/amabilitas/et bonitas. quod tamē etiā ita esse oportet: vt eius amabilitas
maxima/amabilitati maxime filij sui qua amatur correspondeat. Nix pura est al-
bedine/qm̄ tota est alba: ita beatissima virgo mater pura est sanctitate et bonitate/
qm̄ tota sācta/ꝛ tota bona. Cristallus tota pura est claritate/qm̄ nulla/ vmbra nulla
fuscitas est in ea: sic et multo meliꝰ beatissima virgo mater magnitudine clara/splē-
det clara sine corruptione/et sine macula sue magnitudinis et bonitatis. Sol purus
est in luciditate sua/qm̄ totꝰ est lucidus p naturā: sic et multo meliꝰ beatissima virgo
mater: tota fulgida resplēdet sanctitate/puritate/et pseuerātia. Quis tamē tota nix
sit alba: sunt ceteri colores in ea qui non apparent. qm̄ in ea sunt quatuor elementa:
quoꝝ qđlibet suū ꝓpriū habet colorē. hoc etiā est et in cristallo ꝛ in ceteris elemēta-
tis. Sed quidquid est in beata virgine matre: totū est pura/et sancta bonitas et ma-
gnitudo. Quis etiā sol sit pure lucidus/et refulgēs: tamē nubes radios eiꝰ impediūt
aliquotiēs/ne ad nos queāt trāsire. nec nos illuminat cōtinue: qm̄ de nocte suā no-
bis nō influit claritatē. sed nō est qđ beatissime virginis dei matris puritatē/et san-
ctitatē valeat īpedire. et incessanter sanat et purificat eos oēs: qui ex ea sanctitatē et
puritatē pura intētione sitiūt recipe. Cū itaqꝫ laus hoc pacto beatā dei genitricē Questio
laudaret. eremita dixit illi: laus desine laudare beatā dei matrē/qꝛ laudare nō suffi-
cis/ et audi hāc questionē. Due erāt oēs beatā dei matrē de sanctitate laudātes. al-
tera illaꝝ persistebat in vita cōtemplatiua/et altera in vita actiua. vnde questio est:
que illarum vehementius laudabat beatā dei matrem. Retulit intentio dicēs: Intentio
quidam sacerdos multum amabat beatissimam dei matrē/ et quotiēscūqꝫ celebrās
sacrificabat hostiā: ꝯsiderabat sanctitatē verboꝝ que trāssubstātiāt panē in dignis-
simā carnē/ꝛ vinū in ꝑciosissimū sanguinē dei hoīs/filij virginis gloriose. sic dicēs

intra se. si his adest tanta sanctitas: magna quidē sanctitas est in beata dei genitrice
et in verbis eius. qm̄ de sanctitate carnis et sanguinis ipsius beate virginis sump-
sit diuina sanctitas sanctitatē humanā: cū in sermonibus quibus consensit sapiēns-
sima virgo dictis gabrielis archangeli confectum fuit opus diuine incarnationis.
Ille igitur sic cōsiderās sanctitatē beate dei genitricis: recipiebat eucharistiā/ que
sanctificans purificabat eum ab omni peccato/ multaqꝫ bona cōferabat sanctissima
Oratio eucharistia illis qui videbāt et adorabāt eā. Incepit oratio beatā dei genitricem
his sermonibus orare dicens. Tu dn̄a omniū/ es sancta/ clara/ et pura in bonitate/
magnitudine/ et reliquis sanctitudinibus. Tu benedicta sis: qm̄ natura bonitatis
est ipsam esse sanctā/ et purā agēdo bonū. qm̄ si est/ nec agat bonū: aliquam ei labem
inesse oportet/ qua illud nō agat. Itaqꝫ non est bonitas pura. hoc autē de bonitate
tua nequaqꝫ dici potest: quoniā tota sancta es/ tota pura es. hoc idem est de tua ma-
gnitudine/ perseuerantia/ et reliquis. Quia vero de natura magnitudinis est ipsā
esse sanctam et puram/ agendo magna et nobilia: et de natura perseuerātie est eādē
esse sanctam/ et puram continuando diu ea que sunt magna. tua ergo sanctitate et
puritate et tua bonitate/ magnitudine/ perseuerantia in operis vnitate coniūctis:
oportet illud opus esse bonū/ magnū/ et perseuerans: puritate/ et sanctitate indutū
et ornatum. hoc igitur op⁹ a te postulo sanctissima/ per hoc opus te oro/ vt hoc op⁹
michi assistas/ et me exaudias. quod si non faceres: de sanctitate tua non apparerēt
bonitas/ magnitudo/ perseuerantia/ et reliqua tue sanctitatis munera. Sanctis-
sima regina hoc opus quod a te postulo sub forma sanctitatis/ bonitatis/ magnitu-
dinis/ perseuerantie/ et reliquorum: est orare filium tuū deum hominē vt mittat vi-
ros bonos pura bonitate/ et magnos pura sanctitatis magnitudine/ fortes et per-
seuerantes in bene recolendo/ intelligendo/ et amando in magno bono. sint etiam
illi multi/ vt ab eis habeat magnitudo quo diffundatur et extēdatur. Illi quos a te
postulo virgo beatissima necessarij sunt in mūdo: qui quotidie magna pro pte per-
dutur. Illos dirige in mundū/ a vero statu puersum. In ijs enim a te plātari potest
puritas/ et sanctitas vite/ bonitatis/ et magnitudinis/ et pseuerātie/ et amoris: que
sine talibus non habebunt in mundo sordido immūdicia malicie/ et paruitatis to-
tius boni/ et magnitudinis totius mali: vbi radicari valeāt. scit enim ipse deus qm̄
ad honorē tuū illos requiro. et hoc statim. noli in hoc tardare: quoniā iā sūt mala/ et
damna/ et immūdicie in mundo/ que diu in eo persiterūt. In saphyro/ smaragdo/
et carbunculo (qui sunt lapides preciosi et modice q̄ntitatis) multo plus puritatis/
bonitatis/ et magnitudinis virtutis est: q̄ꝫ in marmore qui lapis est magne q̄ntita-
tis. verūtamen saphyrus aut smaragdus/ aut aliquis aliorum lapidum preciosoꝝ/
si cum tota puritate sua se extēderet tantum in q̄ntitate q̄ntum marmor/ ita vt virtus
eius secundum q̄ntitatem multiplicaretur: quis estimare posset bonitatem/ atqꝫ ma-
gnitudinem illius preciose margarite? nonne scis mater pulchritudinis et virtu-
tis/ quid facit filius tuus? mittit in mundum homines magnos in potestate pecu-
nie/ castrorum/ vrbium/ regnorum/ imperiorum: et illorum magnitudo similis est
magnitudini marmoris. Illi quidem pro maiori parte sunt immundi/ et corrupti:
et cum malo/ et cum paruitate bonitatis/ et cum magnitudine malicie perseue-
rantes in malo. et illi sunt qui maxime mundum destruunt et corrumpunt con-
uertentes eum ad eorum reuerentiam et honorem. Item filius tuus mittit in
mundum homines paucos/ et parue potestatis/ egenos pecunia et possessioni-
bus/ despectos in mundo: qui sanctitatem/ et puritatem habent aliquam bonita-

tis. sed etiā quid prosunt? tam pauci quidē sunt/et tā modice potestatis: vt in sanctitatem vite/mundū conuertere non possint. Audi dn̄a mitissima nonne gētes die/ nocteq̄ clamāt sancta maria/o sancta maria inuocātes nomē tuū. Quomodo potest istud fieri: quomodo filius tuus non mittit hoies multos magne sanctitatis et potestatis? dico autē tibi quoniā multo pluris est vnus vir in mūdo magne sanctitatis/bonitatis/et potestatis: q̄ multi in bonitate/sanctitate/et potestate pauci.

Questio. Oratio (dixit eremita) quedā regina diligebat multū beatissimā reginam glorie dei matrē: inter cetera vero que diligebat in ea/diligebat eius sanctitatē. ideoq̄ rogabat eā vt concederet ei sanctitatē in amore/et sanctitatē in timore: videlicet vt in sanctitate eā amaret/et in sanctitate eā timeret. vnde questio est quā sanctitatē cōcessit ei prius sancta dei mater: aut amoris/aut timoris. — Questio

Aut intētio. quedā dn̄a libēter et sepe orabat beatissimā dei matrē: hec siquidē sermones vt exaudirētur sanctificabat sanctitate bonitatis/magnitudinis/ꝛ pseuerātie. sanctitate quidē bonitatis sanctificabat eos bona orādo sub pulchritudinis forma/bonā habēs intētionem in ijs que beate dei genitrici orabat. sanctitate vero magnitudinis sanctificabat eos: q2 de magnis/et nobilibus et maxime vtilitatibus loquebatur. ꝛ sicut habebat in magno amore ita et dicebat in maximo oris sui feruore. pseuerātia etiā sanctificabat eos eoipso q2 frequēter/et eo magis continue quo poterat orabat beatissimā dei genitricē. Et quoniā hec sermones suos sanctificabat: vt plurimū in ijs (que petebat) exaudiebat eā beatissima mater exauditiōis. et in alijs quib9 orādo precabat/cū accidebat vt illa a deo peteret nec exaudiret: hoc erat/ q2 in sermonū sanctificatione deficiebat/et q2 non sanctificaret eos cū bonitate ꝛ magnitudine: quare tūc nō poterat in suis orationibus recipe sanctitatem. — Intentio

De iusticia. Cap. XIII

Eremita quesiuit a laude. Quid est iusticia. que respondit dicēs: Iusticia — Questio

e est tribuere vnicuiq̄ qd̄ sibi cōpetit. Scd̄m igit̄ hanc diffinitionē desidero — Laus

laudare (inquit laus) reginā iusticie hoc modo. Scd̄m naturā iusticia tribuit corpori beate dei genitricis/id qd̄ sibi competit: hoc est naturalis iusticia iuste tribuit de bonitate corporali magnitudini corporali id qd̄ sibi ꝯpetit. ita vt magnitudo in tātū bona sit: q2 nichil supsit qd̄ illi vltra cōpetat. similiter et iusticia bonitati corporali de magnitudine corporali ꝓut sibi cōpetit: ita vt nō habeat maius/neq̄ min9 de eo ipso qd̄ ipsi cōpetit. hoc idē suo modo est de ceteris principijs. nā iusticia determinat ea/et coequat in beata dei matre: prout ꝯuenit corpori ei9. et ex hac determinatione/et coequatione: corporales ꝓcedūt pulchritudines/videlicet facies pulchra/oculi pulchri/et cetere mēbroꝝ habitudines. oibus autē illis dispositiōib9 tribuit iusticia id q2 suū est. Ideo pulchritudines beate ꝟginis gloriose nunq̄ aliquē motū defectus/neq̄ motū carnalis cōtagij intulerūt illi. et quare hoc? vtiq̄ vt pulchritudines ei9 acquiescerēt fini ad quē create fuerūt: videlicet virginitati/sāctitati/ puritati carnis/sanguinis/et spiritus/ vt nasceretur ex ea pura caro/et purus sanguis in sanctitate sine macula. quam carnem et sanguinem sc induit fili9 dei: qui est ipsa puritas/et sanctitas et iusticia bonitatis/magnitudinis/et reliquorum. huic siquidem iusticie filij dei/et virginis gloriose: correspondere oportet iusticiam virginis matris. ergo secundum hanc correspondentiam iusticie ad iusticiam: quis sufficit laudare iusticiam huius iustissime domine nostre? In anima gloriosa beatissime dei matris existit iusticia naturalis: que est vna substantialium partium anime. hec autem iusticia coequat/ et determinat quamlibet ipsarum partium:

ita vt cuilibet earũ tribuat de alia id quod illi competit. ita vt non det ei nimio/neq3
parum: et inde nascitur in anima recolere/intelligere/et amare. quibus iusticia tri=
buit de bonitate/magnitudine/et reliquis principijs id quod illis cõpetit/et id etiã
quod suũ est: scilicet subiectũ recolibile/intelligibile/et amabile secundũ bonitatẽ/
magnitudinẽ/perseuerãtiã/et potestatẽ. hoc autẽ obiectũ est gloriosus filius beate
virginis: hoc obiectũ etiam sunt oẽs peccatores confidentes in beata dei genitrice
inuocantes eã. Cũ ergo filius eius sit tantũ recolibilis/intelligibilis/ et amabilis/ꝛ
peccatores sint tot in ea confidẽtes: et iusticia gloriose anime ei⁹ diffusa ꝑ recolere/
intelligere/et amare huic obiecto habeat correspõdere: quis ergo cõsiderabit ma=
gnam iustitiã anime eius/et operũ potentiarũ anime eius? Beatissima maria dei
mater ex anima et corpore composita est. quã scilicet animã suo corpori correspon=
dere oportet: et ecõuerso. Ita vt bonitas spiritualis et bonitas corporalis adinuicẽ
coniuncte: se vniant/et cõponant et hoc cũ iusticia adeo vt hec bonitas illi bonitati
correspondeat iuste. hoc est vt iusticia tantũ tribuat de bonitate spirituali/bonitati
corporali q̃ntum cõpetit et ecõuerso/et sic de magnitudine/et reliquis. et sint anima
et corpus ita proportionata/et ordinata vt iusticia toti subiecto de qualibet ꝑte ip=
sius subiecti tribuat tantũ q̃ntum cõpetit illi. hanc igitur dominã preciosam sic con=
stitutam/sic iustificatã: oportet a iustitia peccatoribus reddi/cũ sit eoꝝ mater/et ad=
uocatrix/et colũna restaurationis et saluationis eoꝝ. Ideoq3 largitur ipsa beatis=
sima domina de seipsa peccatoribus: id quod cõpetit illis. de seipsa quidẽ illis red=
dit id quod iustitia exigit. quare ipsa beatissima domina: peccatores cũ sint iniusti
reddit iustos/cum confidentes in ea inuocãt eã. bene ergo necesse est hãc preciosam
dominã laudari: magna laude iusticie/ si quis ad hoc sufficere posset. Questio.

Questio Dominalaus (aut eremita) homo quidã genuit filiũ ex filia sua: et quidã ali⁹ genuit
suã filiã ex matre sua. et inde est questio: quis istoꝝ duoꝝ patrũ/et que istarũ duarũ

Intentio matrũ impugnauit plus iustitiã. Narrauit intentio et dixit/quidã prelatus erat
sapiens/largus/humilis/atq3 doctus. Ille quidẽ nobilis erat ex ꝑte sanguinis alti:
sed tamẽ luxuriosus. propter autẽ luxuriã/suas bonas aptitudines predictas amit=
tebat. luxuriosus quidẽ erat: quia iusticie defectũ patiebatur. nam de magnitudine
nec tribuebat bonitati/nec ecõuerso/et sic de reliquis q̃ntum decebat. quoniã inten=
tione tribuẽdi de magnitudine bonitati/et ecõuerso q̃ntum cõpetit: deus iusticiã in
homine coaptauit. Unde cũ homo ex hoc non vult vti moraliter: permanet iusticia
naturalis extra in operibus ociosa. quare prelatus ille (excepta castitate) iusticiã in
multis alijs bonis consuetudinibus exercebat. Cũq3 hic iaceret in peccato/ quidã
canonicus suus qui valde eũ diligebat dixit ad eũ hos sermones. Domine accidit
cũ quidã pastor ad nuptias ꝓfectus illic psalleret/ ac tripudiaret: ecce lupus quidã
deuorauit illi multas oues. ipso autẽ ad suas oues redeunte: ostẽdit duas dominas
in via. quarũ altera plorabat/quia pro vno vicio multas ꝑdiderat virtutes: altera
vero letabatur/quia pro vno bono multa perdiderat vicia. Ille vero pastor/ et ille
due domine tãdiu simul processerũt donec venerũt ad locũ: vbi lupus fecerat ouiũ
stragem. Cũ ergo ille suarũ ouiũ ruinã mortiferã aspexisset: ridebat cũ dñã plorãte/
et plorabat cum dña letante. permãsitq3 sic in societate illarum tãdiu: quoad lupus
qui oues occiderat/ accessit iterũ et in presentia dominarũ (cum quibus ibat) illum
occidit. valde considerauit ille prelatus in sermonibus canonici/et perpendit seip=
sum non esse in statu alicuius predictaꝝ dominaꝝ/sed pastoris potius: qui ab intẽ=
tione pastoratus sic exiuerat sicut ipse qui a sensu deiectus est/ꝛ loquit̃ tãq3 stultus.

vnde cũ ille prospiceret errorem suũ/perpendẽs significationẽ sermonũ canonici:
cognouit peccatum suũ/et se esse ex officio pastorali delectum: et recognouit se esse
illum pastorem cuius peccato/⁊ cuius malo exemplo necabantur oues: ridentem
vbi erat plorandum/et dolentem vbi erat letãdum. Timuit autem iusticiam dei ne
eum occideret in peccato. ponens pro ipso in locum suum alium pastorem: ne cura
pastoratus vacaret. vnde eum peccati sui penituit et in presenti vita plorauit cum
domina plorante: et cum domina letante letatus est in vita sempiterna. Ait ora- Oratio
tio. Gloriosa regina tu es iusta secundum quod laus dicit: et salua eius gratia mul-
to melius q̃ ipsa possit proloqui. Quoniã ergo omnibus modis es iustissima: quã-
dam iustam orationem et petitionem tibi offero. quam quidem petitionem ideo ad
similitudinem tui informo: vt irritam non habeas similitudinem tuam. nam secun-
dum ordinem nature: omnis creatura similitudinem suam amat atq; appetit. Est
autem hec petitio mea ad similitudinem tuam: in hoc ipso q̧ iustificata est/de boni-
tate/magnitudine/et reliquis principiorum tuorum similitudinibus. quia bonum
et iustum a te peto. quoniam bonum et iustum est petere te recoli/te intelligi/et te a-
mari ab omnibus populis/⁊ in omnibus nationibus a solis ortu vsq; ad occasum.
In hac siquidem petitione nullum est malum/nulla iniuria. Iterum in hac petitio-
ne magnitudinem appono: quia peto te a multis hominibus magnis sãctitate/sa-
pientia/et amore/potestate/et progenie amari/cognosci/et honorari. Iterum hãc
petitionem tibi porrigo: cum omnibus et totis viribus meis spiritualibus/et sen-
sualibus. quare (te precor) inclina te precibus meis vt exaudias illas. q̧ si non: in-
uocabo iusticiam tuam: pro q̃to similitudinem tuam non ames. Tu mater pie-
tatis cum sub cruce adesses/et aspiceres filium tuum morientem pro iusticia dei pa-
tris/genus humanum restaurantẽ et pro iniuria iudeorum illum occidentium: tũc
temporis mestissima flebas pre angustifero dolore/passione/et morte quas in filio
tuo conspiciebas. tui quidem fletus erant iusticia pleni: in qualibet lachrimarum
tuarum aderat iusticia/quoniam de fonte iusticie procedebant/videlicet de iusto
recolere/intelligere/et amare auinetue. heu regina piissima ex quo de tuo recole-
re/intelligere/et amare lachrime tam iuste manabant: possent ne he mee lachrime
cum fletibus ante te intrare? quas de meis oculis egredi compellunt ipsum recole-
re/quo te recolo/et ipsum intelligere quo te intelligo/et ipsum amare quo te amo?
que nisi ingredi valeant: quid agit iusticia tua? cur non aperit ipsa portas? Si au-
tem portam clauserit. est ne iusticia an iniuria/quoniam me cogit flere/suspirare et
languere recolendo/intelligendo/et amando tuum honorem/tuam reuerentiam
et valorem. Tu virgo piissima/es circino magis iusta. ⁊ maiorem habet integrita-
tem tua iusticia in misericordia: q̃ in circulo linea circino facta. et multo melius est
iusticia centrum circuli bonitatis/magnitudinis/perseuerãtie/⁊ potestatis: q̃ cen-
trum circuli circino circunducti. vnde accuso apud te omnes peccatores: qui mor-
taliter et venialiter multipliciter et grauiter peccauerunt. Et ecce eos: vt re eis pro
voluntate tua. punias eos si non eis parcere malis. et quidquid de ipsis agere de-
creueris: placet quidem eis: quoniam supplices confitentur/et valde illis displicet
se errasse cõtra filium tuum. vnde videamus domina mitissima: quid ages ex pec-
catoribus istis. quoniam si punis eos: ages contra iusticiam tuam/ex quo concor-
dant voluntati tue cui non resistunt/cum eos peniteat/et se deliquisse confiteãtur/
ac satisfactioni iusticie tue se spõte subiiciant. quia quod tibi placet et illis placet.
ergo nisi peperceris eis: tua quidem iusticia nõ erit magis integra in misericordia/

q̃ linea in circulo circinata. punire nã hominẽs igne perpetuo/sic puro corde misericordiam inuocantes et iusticiã: non est parcere peccatoribus. audi domina pietatis (inquit oratio) parce et michi nichil aliud adducas.

Questio. Questio. Oratio (dixit eremita) quidam christianus/ꝛ quidam sarracenus coram philosopho adinuicem disputabant. quilibet autem illoꝝ triũ erat admodũ sciens. christianus ostendebat legem suã esse secta sarracenica meliorẽ: sarracenus autem contra nitebatur ostendere contrariũ. philosophus vero quesiuit ab eis: secundũ quã duarũ legum posset iusticia ꝛ misericordia dei magis demõstrari/operari/et vti officio suo/et ꝑ quã ipsarum tu oratio maiorẽ habere possis copiã deprecandi.

Intentio. Ait intentio. In terra quadã/quidã sanctus rex erat: valde diligens iusticiã. Contigit autẽ cũ equitaret per illam ciuitatem in qua morari solebat vt transiret ante curiã vbi plebiscita tenebantur. tũc quidã pauper alta voce clamauit dicens: domine mi rex tu regnas intẽtione vt iustus sis/et vt iusticiã colas et exerceas. et vt hoc possis tibi data sunt mille castra/et ciuitates mille. sed tot hic sunt praui aduocati/et praui iudices: vt curiã tuam destruant et corrũpant. et nulla in ea causa deducitur: in qua iusticia non per pecuniã corrũpatur. Et causas etiã que cito terminari possent: prolongãt aduocati et iudices faciũtq diu perseuerare. sunt enim populatores/et inimici iusticie/et intentionis: et tui/et sui officij peruersores. valde ergo cõsiderauit rex sermones pauperis: aspiciensq vidit in platea illa multos aduocatos et iudices/et dixit eis. Non decet/neq licet iusticiam esse sine amicis: nec iniuriã sine inimicis. Deinceps igitur ad honorem gloriose virginis mariẽ volo et constituo vt in hac ciuitate non presit nisi tantum vnicus iudex/et quatuor aduocati. hos etiam volo ad expensas meas mereri. et caueant ne aut pecuniã aut aliud quodcũq obsequiũ ab aliquo recipiãt. quod si receperint: et corporis et census pena puniantur. Ille siquidem rex (inquit intentio) magnos dedit sumptus/magnosq redditus iudici/et ꝑdictis aduocatis: vt essent amici iusticie/et inimici iniurie. Considerauit enim rex ipsos scilicet iudicẽ et aduocatos adeo bene suo modo premiandos ratione iusticie exercẽde: sicut erat iustum eũ bene esse muneratũ ratione regiminis/et conseruationis gentis sue. hãc ergo constitutionẽ precepit ille rex esse in ceteris ciuitatibus suis: et q̃diu ille vixit terram suam in iusticia/et magna pace (vt multi de alienis regnis venirent ad habitandum in regnum suum) tenuit.

De misericordia. Cap. XIIII.

Questio
Laus
l Aus inquit eremita: quid est misericordia. que respondit dicens. Misericordia est culpis et peccatis ꝑcere: et bona/vtiliaq tribuere. Et quoniã beata virgo dei mater misericors est: laudemus eã scd̃m principia hu9 libri. Est ergo ipsa dei mater bona/et misericors. et quoniã eius misericordia bona est/et bonũ est parcere/et bona et vtilia tribuere: sequit̃ necessario eã esse misericordem dimittẽdo peccatoribus culpas/et peccata/et tribuẽdo illis virtutes ꝛ merita/quibus gloriã sine fine obtineãt. hec beate dei matris misericordia est magna/et ꝑseuerans: et hoc ita esse oportet scd̃m bonitatẽ ipsius beate virginis/ac etiã ipsam misericordiã oportet esse bonã scd̃m magnitudinẽ/et ꝑseuerantiã beate dei matris ita vt adinuicẽ correspondeant in equalitate. Cum ergo hec beatissima dñã nostra in tantũ sit bona/magna/perseuerans: vt eius bonitas/magnitudo/et perseuerantia correspondeãt ad hoc vt sit dei mater et hominis oĩbus hominibus melioris/et omnibus creatis (quecũq enim sunt creata. proportionata sunt vt ipse sit omniũ corꝫ finis) quis igitur estimare misericordiam posset huius tam beatissime matris?

et veniam quam pro culpis largitur/et bona que concedit filius eius? In beatis-
sima dei matre est potestas/sapientia/et amor: potestas quidem illius induta est sa-
pientiam/et amorem: et sapientia illius induta est potestatem/et amorem: et amor
illius indutus est potestatem et sapientiam. in hoc indumento alia alij adinuicē cor-
respondet/secundum bonitatem/magnitudinem/et perseuerantiam ipsius beatis-
sime domine nostre misericordissime: et qualibet istarum induta est misericordia/et
ecōuerso. et ideo cum peccator misericordiā illius tangit cū bonitate/magnitudine/
perseuerantia/potestate/sapiētia/et amore: statim ipsa misericordia cū tota sua bo-
nitate/magnitudine/potestate/perseuerantia/sapientia/et amore correspondet et
parcit peccatori. et tribuit cum toto hoc id quod correspōdet petitioni peccatoris.
Itaq; parcendo/et tribuēdo/peccatorē exaudit. et hoc modo nullus peccator apud
eam repellitur. sed quātūcunq; magna sint peccata/siue modica/ omnia quidem et
tota frāgit ea misericordia beatissime dei genitricis: que multo magis parcere po-
test/q̄ȝ aliquis peccator errare. et plus tribuere: q̄ȝ aliq̄d homo possit petere/aut co-
gitare. benedicta sit igitur (ait laus) hec misericordia tanta: que tantū est digna lau-
dari beatissima virgo mater est misericordie/et filia. mater est quidem misericordie:
quia filiū peperit/qui est ipsa summa misericordia. est autem misericordie filia: quia
filia est dei patris/qui creauit eam misericorditer. Cū ergo ipsa sit mater et filia mi-
sericordie: tātā habet similitudinē misericordie diuine secūdū maternitatē/et filia-
tionem: vt ipsi diuine misericordie nō potuerit vlterius assimilari. non enim potuit
melior mater aut melior filia fieri q̄ȝ facta fuit. Ideo nō potuit vlteri⁹ melius indui/
et ornari misericordia q̄ȝ induta et ornata fuit. vnde cū diuina potestas tantū possit
secūdū suā bonitatē/magnitudinē/perseuerantiā/potestatē/sapientiā/et amorem:
quis est qui millesimā ptem magnitudinis/et bonitatis/et misericordie beatissime
dei matris estimare valeat? ex quo tanta est vt deus nec in ea/nec in alia eā maiorē
facere valuerit. fecit enim eā esse infinite misericordie matrē. ha misericordia huius
tante domine (laus inquit) benedicta sis: quoniā tanta es. heu peccator miserrime
q̄uis intolerabilia sint peccata tua: cur desperas de tanta misericordia virginis dei
genitricis? Ait laus. In quadā ciuitate quidā erat peccator maxim⁹ et inter ce-
teros peccatores mūdanus. quia penitus versus erat ad vanitates huius mūdi: et
deū et beatā eius matrē tradiderat obliuioni. Quadā vero die cōsiderauit peccata
sua/et iniurias quas faciebat et fecerat contra deū/et beatam eius matrē: et sensit se
adeo peccatorē vt nec audaciā/neq; virtutē habuerit/misericordiā et veniā adeo et
a beata illius genitrice petendi. et cōsiderauit seipsum iam pditū et iudicatū ad per-
ferendū infinitos labores. verūtamen cū ita iudicaret seipsum: tetigit iusticiā/que
cū misericordia maximā habet amicitiā. Et tunc misericordia beate dei matris te-
tigit bonitatem/magnitudinem/et reliquas miserationes: et omnes pariter cōcur-
rerunt ad illum peccatorem/cui tribuerunt contritionem/et virtutem penitendi/ꝛ
amorem quo dilexit misericordiam/et veniam/et donū. et superuenit ei audacia:
et petijt veniam et donum a beata dei genitrice. Itaq; misericordia pepercit et ve-
niam tribuit: ponens amplius illum peccatorem in via postulandi misericordiam.
et exinde fuit vir ille iustus et sancte vite. et q̄diu vixit: petijt honorem et reueren-
tiam dei genitricis. quare ex hoc et multis alijs (ait laus) laudanda est ratione mi-
sericordie beatissima dei mater. Questio. Laus ait eremita. quidam miles ha- Questio
bebat vxorem sed aduersus eam multum zelotypi⁹ vexabatur. vnde atrociter ali-
quotiens eam percutiebat in tantum vt illa bona domina eius atroces ictus susti-

nere nequiuerit/ et mortua est verberibꝰ et mala societate viri sui. Ex altera parte
quedã domina habebat quendã militẽ: qui bonus erat/ et honestus/ diligens eam
valde: ille quidẽ erat homo letus/ fingens se diligere alias mulieres. vnde vxor eiꝰ
vexabatur vehemẽter zelotypia credens eũ carnaliter cũ alys mulieribus delecta-
ri. Illa vero dedit viro suo potiões quatinus ipsum sic ad sui amorẽ alliceret vt de
alienis mulieribꝰ nichil curaret. Ille vero potionibus vxoris sue mortuꝰ est. Itaq3
is qui vxorẽ suã occiderat/ et ista que virũ interfecit: cognouerunt maleficia sua/ et
conuersi ad pijssimã dei matrẽ rogantes vt parceret eis/ videlicet vt oraret filium
suũ quatinus misereretur eorũ. ⁊ beatissima dei mater: eis misericordiã exorauit. vn-
Intentio de questio est: quis illorũ duorũ: plus laudare debuit beatã dei matrẽ. Narra-
uit intentio. in quadã ciuitate vnũ fuisse regẽ: qui luxuriosus erat. et in eadẽ ciuita-
te erat quidã benignus: qui tamẽ hypocrita erat/ quoniã luxuriosus erat. Ille qui-
dem indutus erat humilibus indumentis/ ieiunabat/ dabat elemosynas pauperi-
bus/ ad ecclesiã quotidie ibat/ audiebat verba dei/ eaq3 docebat libenter. eius vero
magna fama ciuitatẽ peruagata est. quoniã omẽs illũ pro scõ viro passim habebãt.
luxuriã vero qua detinebatur occulte ꝯmittebat. quia nemo id sciebat nisi sola me-
retrix quã occulte cognoscebat. Ille autẽ homo multotiẽs rogabat regẽ pro pau-
peribus/ et pro ijs qui pro iusticia puniri debebãt. quẽ multociens rex in cunctis
precibus suis exaudiebat. Rex siquidẽ magnã i illo deuotionẽ habebat. et quadã
die confitebatur illi (quia sacerdos erat ille benignus) et multa peccata illi in con-
fessione detexit. sed inter cetera quoddã peccatũ luxurie (quod ipse rex cõmiserat)
pre uerecundia cõfiteri noluit. benignus autẽ iste quesiuit a rege vtrũ oia peccata
sua cõfessus esset de quibus recordaretur/ et que alias cõfessus nõ fuisset. rex dixit
etiã (excepto vno) quod nullo tẽpore volebat confiteri. benignus vero vt rex non
verecundaretur illud peccatũ cõfiteri/ dixit regi: se esse in peccato luxurie. ⁊ ad hoc
reuelabat ei peccatũ suũ: vt rex confiteretur et ei detegeret peccatũ illud quod ab-
horrebat ꝯfiteri. tũc rex resumpsit audaciã/ et cõfessus est illud peccatũ. Accidit autẽ
paulo post vt ille benignus accederet ad regẽ: rogãs eũ pro quodã qui puniri secũ-
dũ iusticiam merebatur/ vt parceret illi. Rex vero cõsiderauit luxuriã qua ille deti-
nebatur: et ita vehementer eum despexit vt ex tũc precibꝰ eius noluerit fauere/ nec
etiã illi amplius confiteri. Dũ itaq3 rex remaneret in hac indignatione: qui tamen
semetipsum polluerat per luxuriã corporaliter/ et spiritualiter. corporaliter quidẽ:
quia ꝯmiscebatur carnaliter cũ quadã meretrice. spiritualiter vero: q2 recolebat/
intelligebat/ et diligebat peccatũ illud. Accidit vt ille benignus missam celebraret
in quodã sacello: ad qd rex profectus/ erat missam auditurꝰ. qui tãta displicẽtia ex
illa missa quã benignꝰ celebrabat motꝰ est: vt nõ potuerit deuotionẽ habere/ neq3
deũ orare. Ipso rege sic existente in hac displicẽtia: cõsiderauit etiã semetipsum ita
iacere i ira dei propter luxuriã in qua erat: sicut benignũ illũ qui etiam luxuriosus
erat. et ꝙ sicut noluit exaudire illũ in precibus suis (quia sciuit illũ esse luxuriosum)
sic similiter misericordia dei/ et beate dei genitricis eius/ nolebat ipsum regẽ exau-
dire in ijs que orando postulabat ab eis. Et ex tunc rex firmiter proposuit se nullo
tempore fore luxuriosum: hac intentione vt mater misericordie. dei genitrix eum
exaudiret. et fuit exinde rex bonus et iustus: qui multa bona compleuit in sua vita.

Oratio Considerauit oratio quo modo posset orare matrẽ misericordie dei genitricẽ
pro peccatoribus. et in precibus suis quandã arborẽ condidit in hunc modum. Regi-
na vite (ait oratio) contritio/ confessio/ et satisfactio sunt radices: super quas means

edifico petitionē. cōtritione peniteo: quia per maliciā deliqui aduersus bonitatē.
et per paruitatē peccaui aduersus magnitudinē. et contra perseuerantiā: per facilē
volūtatē. et conterendo etiā peniteo: q plura bona non feci q̄ fecerim/ex quo boni-
tas et magnitudo concordant. et peniteo quia tantū mali feci: quoniam malo nulla
conuenit magnitudo sed potius paruitas tanta vt ipsum sit nichil. Tibi regina con-
fiteor omnia peccata mea: confitens quia tu es bona/ego vero mala in q̄tū peccaui.
tu es magna: et ego sum parua. tu es perseuerans/et potēs: ego vero non. Tibi re-
gina piissima satisfaciant meum videre/meum audire/et meum odorare/gustare/et
palpare/atq meū recolere/intelligere/et amare: quia hec omnia mea/tua sunt/eaq
tibi reddo. et quātū ea tenui contra voluntatē tuam: peniteo. et deinceps eis vti nō
propono: nisi seruiendo tibi et filio tuo. Domina altissima ex his radicibus ꝓcedit
arbor vna: cui nomē meum impono scilicet orationē. quia facta est in mea mente et
deuotione: in figura et similitudine mei. stipes istius arboris est de deuotione/color
eius est de amore. rami sui sunt videre/audire/odorare/gustare/et palpare/eius qui-
dem palmites sunt de memoria/intellectu/et voluntate. eius folia sunt de obedien-
tia. eius flores sunt recolere/intelligere/et amare. et fructus eius: tua dulcis/et pia
misericordia. aqua vero qua rigat arbor ista: sunt mee lachrime/et mei fletus. Tota
quidē arbor ista culta est et nutrita et completa ad recolēdū/intelligēdum/et aman-
dum misericordiam tuam. terra vero illa in qua hec arbor plantata est: est bonitas
tua. ventus autē ille qui deducit folia eius: ēst voluntas tua. ergo regina pietatis
et misericordie placeat tibi misericordiam/et pietatem de peccatoribus habere: qui
per me tibi offerunt hanc orationis misericordialē arborē. Regina fons dulcedi-
nis et amoris: si fons dat aquā/et ignis calorē/et sol claritatē et memoria recolētiā/
et intellectus intellectionē/et voluntas amorē: similiter etiam et tua bonitas bonū/
et tua magnitudo magnū/et tua perseuerantia durans. qua natura ergo sequitur
vt tua misericordia veniā non habeat dare: etiam sine rogatione? nā sine rogatio-
ne fons dat aquam naturaliter/similiter et ignis sine rogatione calorē/et sic de cete-
ris que dicta sunt. ergo tu que mater es/et filia/et fons misericordie et pietatis: nō-
ne cum rogaberis dabis misericordiam? imo piissima domina etiam non rogata.
aliter enim (nisi michi imputaretur ad malum/maxime quia secundū rationē et na-
turam orari licet) nunq̄ orarem vt parceres. ex quo melius inest tibi parcere/et
dare: q̄ michi orare. Tu benignissima (inquit oratio) multas multis viris et mulie-
ribus impartiris misericordias. et isti deles quoddam peccatum/et illi aliud. et isti
das istud: et illi illud. et sicut te rogant particulariter: sic particulariter eos exaudis.
Sanctissima maria gloriosa: et me pro vniuersis peccatoribus rogantē/nūquid nō
exaudies vnq̄? nunquid non orare adeo bene consistit in ore meo sicut in alieno?
quero ne cuiq̄ ego vtilitatē publicam nisi tibi/et per te/et ad tuam reuerētiam et ho-
norem? Quid feci tibi regina misericordie: vt de misericordia me non liceat exau-
diri? Ecce iam me penitet eorum in quibus peccaui. et iam peto libētius culparum
et iniuriarum remissionē ad honorē tuū: q̄ ad meam/et populi vtilitatem. plorauit
oratio/similiter et laus/et intentio/ac etiam eremita. qui intulit hos sermones. Questio

Questio. Erant due peccatrices peccato luxurie publice peccantes: in quo fue-
runt diu detente. Ille siquidem due mulieres astiterūt in quodam sermone: in quo
quidem quidam bonus homo/beatam virginem dei matrē multis laudibus exal-
tabat. et inter cetera: laudabat eam de virginitate. Tunc altera illarum incepit co-
gitare de peccatis suis: maxime de villitate et sordibus luxurie/in quibus iam per-

manserat diu. et sumpsit animū adorandi beatam virginē dei matrem: vt parceret ei/et impetraret ei gloriā cum filio suo benedicto. sed cum reuertebatur considerās suā vilitatē/et corruptionem in qua diu sordida iacuerat: et ex altera parte sanctitatē/puritatē/mundiciā/et virginitatē beatissime dei genitricis. dixit ꝙ indignum erat: se tam sordidam peccatricem videri debere in aliquo loco vbi ipsa beatissima virgo dei mater esset et coleretur. ideo nō audebat orare beatā dei matrē pro dono neqꝫ pro venia: sed flebat acriter pro peccatis suis. Altera vero plorauit etiam pro peccatis suis valde/ et puro corde penituit. et desiderauit esse in gloria/ vt videret beatissimam virginē dei matrē: et super hoc quesiuit donū/ et veniā ab ipsa matre pietatis/ sperans de misericordia eius: vnde questio est/ cui istarum plus tenetur

Intentio beata dei mater parcere/ et petitionē dare. Ait intētio. Quidā rex malā gerebat volūtatē aduersus quēdā aliū regē/ et in tātū odiebat illum vt mortali peccato ire/ teneretur. Accidit autē ꝙ quidā miles illius regis (qui sic odiebat) quendam ciuem illius ciuitatis occidit/ in qua rex ipse tunc morabatur. parentes vero occisi rogabant regem pro iusticia tenenda super illo milite: qui ciuem occiderat. parentes autem militis quantum poterant a rege veniam petebāt. dum autem rex consideraret vtrum parceret militi/ an adiudicaret eū morti: recoluit illud peccatum ire quo tenebatur. et ait ista in corde suo. Rex est intentione ista: vt exerceat iusticiam. Justiciā ergo exerceri est intentione prima/ et esse regem est intentione secunda. et rex etiam potius regnat vt parcat iusticie: ꝙ vt regnet. vnde neqꝫ dignus sum (ait sibi ipsi rex) parcere/ neqꝫ iudicare. quia neqꝫ iudiciū/ neqꝫ veniam licet ab homine dari: quem detinet peccatum mortale/ et qui abutitur intentione sui officij. vnde si adiudicauero militē morti sicut rex iudicabo: non autem secundum intentionem iusticie. et si parcam vtiqꝫ parcam sicut rex: non autē secundū intentionē misericordie. Diu considerauit rex super ista/ in tantum vt cognouerit ꝙ quicunqꝫ rex est in peccato mortali: existit rex preter intentionem. et vtitur sicut rex: preter intentionem officio regis. Jdeoqꝫ penituit/ et egit penitentiam de peccato: et ad illū regem aduersus quem malam prius gessit voluntatem conuertit dilectionem suam/ vt in officio suo vera vteretur intentione iudicādo/ parcēdo/ distribuēdo/ et regnādo.

Questio
Laus

De pulchritudine. Cap. XV.

q Uesiuit eremita: quid est pulchritudo. que respondit dicens: pulchritudo est id quod dat delectationē videndo/ audiendo/ imaginando/ intelligēdo/ et amando. Et quoniam est in preciosa virgine dei matre: laudemus eam (ait laus) hoc modo. Jn ipsa beata virgine est pulchritudo corporalis in tanta magnitudine qua correspondet pulchritudini filij sui: que est pulchritudo maior omni pulchritudine creata. nam ex quo bonitates corporales domini ihesu christi/ quas assumpsit filius in beata virgine superant ceteras bonitates corporales omnes: bene quidem oportet pulchritudines ipsius beate virginis superare ceteras pulchritudines omnes. ita vt eius color sit nobilior/ magis complacens ad videndum omni colore niuis et floris/ superans in splendore totam solis claritatem. Et quoniam oculi/ supercilia/ os/ gene/ vultus/ capilli et reliqua membra valde decora super ceteras pulchritudines/ delectabilia sunt videri a domino ihesu christo/ et omnibus sanctis superne glorie: oportet pulchritudines ipsius virginis preciose/ superare cunctas pulchritudines citra dominū ihesum christum. et eas opor-

tet esse tantas: q̃tum sunt gratiose videri/et sciri/ q̃ illuminet ceteras pulchritu-
dines. quoniam sol tantam non influit claritatem ad illuminandam lunam/firma-
mentum/et terram: quantam virgo preciosissima de pulchritudinibus suis influit
dulcedinis amenitatem omnibus sanctis glorie paradysi. vnde nemo potest consi-
derare nec imaginatio sufficit apprehendere mirabilia pulchritudinis eius. In
ipsa speciosissima virgine dei matre/est spiritualis pulchritudo: quam sue pulchri-
tudini corporali conuenit respondere. cõueniũt enim eius pulchritudo spiritualis
et pulchritudo corporalis ꝓportionaliter in equalitate bonitatis/magnitudinis/
et ceterarum dignitatum. Eius quidẽ pulchritudo spiritualis/est de bonitate/ma-
gnitudine/perseuerantia/virginitate sanctitate. quoniam quelibet istarum pul-
chra est in seipsa/et in qualibet earum. ita vt bonitas in magnitudine decoret ma-
gnitudinem in quãtum induit eam seipsa/similiter ecõuerso. nam pulchritudo est
bonitati/eam esse magnam: et magnitudini eam esse bonam/ꝛ hoc idem est de per-
seuerantia/et reliquis. Cũ ergo anima ipsius preciose virginis matris sit adeo bo-
na/adeo magna/et adeo potens: quis considerare posset eius pulchritudinem spi-
ritualem? In beatissima dei matre (inquit laus) est memoria/intellectus/et volũ-
tas: que sunt pulchritudines eiꝰ. Memoria siquidem pulchrum habet recolere se-
cũdum q̃ ipsa pulchra est/et intellectus pulchrum intelligere/et voluntas pulchrũ
amare. Memoria decorat suum recolere de bonitate/magnitudine/perseuerãtia/
et potestate. quoniam pulchra res est recolere quod est bonum/et quod est magnũ:
similiter et intelligere et amare quod est bonum/et quod est magnum. in hoc siqui-
dem recolere/intelligere/et amare: sunt bonitates secundum q̃ deus homo domi-
nus noster filius ipsius virginis pulcher est recoli/intelligi/et amari. et in tantum
per ipsam speciosissimam matrem suam recolitur/intelligitur/et amatur: vt nemo
viuens in mundo estimare possit q̃ speciosum recolere/intelligere/et amare est ip-
sius virginis preciose. Et iterum recolere/intelligere/et amare omniũ sanctorum
superne patrie/et omniũ iustorum/et peccatorum qui quidem iusti et peccatores in
hoc mundo recolunt/et diligunt beatissimam dei matrem: illuminata sunt/et deco-
rata in pulchritudine ab ipso recolere/intelligere/ꝛ amare ipsius virginis gloriose.
Quid dicam (laus inquit) vobis per singula de pulchritudinibꝰ gloriosissime vir-
ginis dei matris? tot et tantas quidem habet spiritualiter et corporaliter/quot et
quantas deus in ea potuit ornare. quare/centies millesies plus q̃ mente concipere
possim est in pulchritudinibus suis ex vltra. Questio. Laus (ait eremita) due do- Questio
mine laudabant beatissimam dei matrem. Altera illarum laudabat de pulchritu-
dine spirituali: et altera de pulchritudine corporali. et super hoc venerunt ambe ad
iudicium cuiusdam boni viri et sapientis: vt diceret que illarum magnificabat ma-
iore laude pulchritudinem virginis dei matris. Sit intentio. Erat quedam do- Intentio
mina pulchra corporaliter: quoniam speciosas habebat corporis dispositiones.
populus autem de pulchritudine eam cõmendabat. vnde gloriabatur cum turpis
esset spiritualiter: quia glorificaret̃ de laude sua et vana pulchritudine. Et quoniã
sordida erat in anima: sordibus anime pulchritudines corporis inquinabat/quo-
niam colorabat et pingebat suam faciem vt homines eam de maiore pulchritudi-
ne cõmendarent. Dum autem hec domina in hoc statu permaneret: accidit quadã
die vt vir eius considerasset/qua intentione vxor sua coloribus se depingeret. et
concepit animo quoniam ipsa se coloribus ad hoc fucaret/vt sua pulchritudo
ab aliquo homine diligeretur/et carnali contactu illicito/matrimonij ordinem de-

fedaret. sic igitur considerando factus est ille vxoris sue zelotypus: et credidit illam esse prauam. et ilico cepit eā odire: et ecce discordia et dissensio magna inter eos est orta. adeoqꝫ vehementer odiuit alter alteram et econuerso vt ab inuicem separarētur. et cum hoc/ ipsorum vterqꝫ in adulterio per omnia tempora vite sue permansit.

Oratio Incepit orare oratio speciosissimā virginem dei genitricem sub ratione bonitatis hunc in modum locuta. Regina speciosissima in quodā templo sacro est quedam imago: cuius figura te representat. hec imago coronam habet et chlamydem et florem/ et anulum in manu. Corona eius/ tuam coronam significat: quam habes de bonitate/ magnitudine/ potestate/ amore/ et pulchritudine. eius chlamys/ tuam chlamydem representat: quo peccatores cooperis/ te inuocātes: quoniā super eos misereris tu spes/ et consolatio eorum. flos vero/ denotat te florem pulchritudinis/ sanctitatis/ virginitatis/ honorificationis/ et amoris. sed anulus eius pretendit tuam memoriam/ et tuum intellectum/ et amorem atqꝫ integritatem perseuerantie et firmitatis. huic imagini tue speciosa mater: seruit presbyter quidam pulcher corpore/ sed animo turpis. Nam in eius animo habitat malicie turpitudo: et deformitas parui boni/ et magni mali. Ille enim auarus est/ et crudelis absqꝫ misericordia et pietate: corruptus est corruptione luxurie/ se quidem balneat et delectatur in luxuria die noctuqꝫ. et hoc in crimine tantū redundat: vt aliquotiens cum filium tuum sacrificando pertractat/ cum in sanctitate sacrificij/ et in hoc ipso quod tua representat imago meditari deberet: meditationem certe suam in luxurie fetorem et sordem/ totam demergat. Domina splendidissima totum illius recolere/ intelligere/ et velle vicijs superabundat. Nam postꝙ in vno vicio recolendo/ intelligendo/ et diligendo considerauit: confestim ad aliud meditādum se deuoluit. Te igitur regina clementissima pro isto tam superbo/ tam immundo/ et tam omnibus vicijs pleno: non videtur dignū esse rogandum secundum tantam sordem peccatorum eius/ et secundum tuam pulchritudinem preciosam/ ac etiam secundum virtutem et valorem modicum/ te orantis: tamen cum tuus valor/ tua pietas/ tua misericordia superet omnem peccādi magnitudinem/ ita vt tua magnitudo maior sit in bonitate/ humilitate/ misericordia/ et auxilio ꝙ magnitudo peccatorum omniū/ ac etiā peccantium: licet ideo te pro illo peccatore tanto rogari. quod si non fieret vtiqꝫ iniuria corone/ et chlamydi/ et anulo: quos tue imaginis species representat. quare iusticia et ratio cōsentit: me pro illo te orare/ et pro illo preces meas a te vtiqꝫ cōuenit exaudiri. Quoniā sicut omnino michi inest ratio te orandi: sic omnino inest tibi ratio meā petitionem exaudiendi. que est vt concedas huic presbytero spirituales pulchritudines: quibus recolaris/ intelligaris/ et ameris. et omnia illa que tua imago/ et eius dispositio representat. Quoniā tu regina valde pulchra es et pulchritudinibꝰ plena: tibi christiani basilicam magnā et pulchrā et altare magnū et pulchrū edificāt: et in ea fiunt propter te pulchra vestimentorū ornamenta/ et in multis locis tui pulchri cantus/ et a multis hoibꝰ cōcinūtur. Sed alia adhuc pulchrior tibi est basilica et pulchriꝰ tēplū speciosa regina videlicet cor mūdū/ et sāctū hoīs te diligētis/ te intelligētis/ te recolētis. et hoc tēplū (si tibi placeret) desiderarē in multis regionibus/ et in multis hoibꝰ multiplicari. Quare videtur michi bonum: vt sicut ille basilice lapidee magna pulchritudine sua/ et ornamētorū speciositate ab hoibus cōstruūtur. ita tu solicita sis vt iste basilice spirituales magna multitudine vbiqꝫ fūdētur. hoc est: ꝙ vbiqꝫ multi sint sancti viri/ et sancte mulieres: qui de cordibꝰ suis tibi magnā et pulchrā basilicā et multis virtutibꝰ ornatā cōstruāt/ quolibet eorū cōsiderāte et amā

te totis viribus suis tuas maximas pulchritudines/in maxima reuerētia et honore
tui vbiqȝ terrarū. Sed quoniā ita est quoniam iste spirituales dom⁹ tue pauce sunt
vbiqȝ/cū deberēt esse multe: o dña mea pȳssima sū q̄dē valde desolata. quare flēdo
cōtristādo et me coangustādo supplico: postulās vt tua pulchritudo cordis/ deco=
ret hoīm corda: ita vt p̄ vniuersū orbē exhibeāt tibi gloriā/laudē/memoriā/sapien=
tiā/et amorē de pulchritudine tua. Nullus flos est sibi occasio turpitudinis: sed
agit quidquid potest vt sit pulcher/nitid⁹/et amen⁹. hoc idē dico tibi speciosa dña:
de aīalibus/et de sole/et de luna/atqȝ de stellis. sed hoīes qui naturaliter oīb⁹ p̄di=
ctis sunt pulchriores: quia naturaliter habent pulchritudinē corporalē sicut et p̄di=
cta/et insup̄ pulchritudinem spiritualē habēt q̄ȝ sol et reliqua noīata nō habēt: illi
aūt ipsi hoīes seipsos et mūdū defedant/pulchrū vertunt in turpe: credētes de tur=
pi facere pulchrum. tantumqȝ processerunt vt quasi totum mūdum deturpauerint/
adeoqȝ vt turpe est considerare/ dicere/et audire sordes: que spiritualiter et corpo=
raliter hominibus insunt. quare suppliciter te inuocans peto: vt pia miserendo
compatiaris illis: tua pulchritudo faciat illos pulchros/ et mundificet illorum cor=
da/sermones/et opera. Ad tantū enim sordinationis vite deuenerūt mulieres ma=
xime/similiter et viri: vt ad vanitatem ornentur preciosis vestibus cum ad sanctas
basilicas tendunt: quibus decorant sua corpora/vermibus et fimo plena: suam ve=
ro memoriam/intellectum/et amorem deturpent nimiū. tu autē hoc bene nosti: se=
cundum peticiones et intentiones suas/quas tibi fundunt. vnde regina speciosissi=
ma: succurre miseris. absit vt turpitudo tanta/tanto tempore durare possit: et in tā=
ta damna et pericula redundare. Questio. Oratio (dixit eremita) quidam miles
et eius vxor: quendam filium habebant valde pulchrum: quem tenere diligebant: Questio
hic autem filius ad mortem vsqȝ infirmabatur. Ille vero miles et vxor eius ad
quandam sacram beate virginis matris dei edem ad exorandam eam perrexerunt:
vt filio eorum concederet sanitatem. Miles autem misit ad beatam dei matrem
quoddam verum et sapiens intelligere/ quia erat in scientijs multum imbutus:
domina vero vxor illius (cum esset bona ⁊ pulchra) misit ad eam quoddam bonum
et pulchrum amare. Unde questio est: quis horum duorum melius orauit beatam
dei matrem/aut ille in intelligere aut ista in amare. Narrauit intentio dicens: in
quadā ciuitate erat domina quedā spiritualiter et corporaliter nobilis/et pulchra: Intentio
vxor cuiusdam ciuis illius ciuitatis. ne autem ipsa alicui concupiscētie esset occasio
carnalis delicti: non induebat nobiles pānos/sed q̄ȝtum poterat pulchritudinē suā
celabat/quia maxima erat castitatis amica. hec etiā cū ad sacra ibat: incedebat hu=
militer induta/dans humilitatis exēplū: vt beata dei genitrix eam in suis precibus
exaudiret. accidit aūt quadā die cū vir illius filiā suā maritali thoro sociasset: voluit
ipse vt filia sua die nuptiarū ad sacram edem valde nobiliter induta/⁊ ornata et ho=
norifice cum maxima populi societate incederet. ⁊ alie dñe dicebant huic dñe matri
illius nupte: vt pecteret et ornaret suā filiam. Domina vero quesiuit a viro suo/et a
dominabus: qua intētione volebāt eā ad sanctā dei edem ire. cui vir eius respōdit:
vt ipsa sumēs gratiā et benedictionē sacramenti matrimonij/oret deū vt faciat eam
bonā dominā/et cōcedat ei parere filios/et filias qui seruiāt ipsi deo. cui dña dixit:
nō puto deū velle mulierē exaudire: que sibi affert colorē aliū q̄ȝ ipse illi dederit/et
que vadit ad orandum cum vanitate et inani gloria mundi. et tunc illa bona domi=
na secundum veros colores pulchritudinis / in humilibus vestimētis ad sanctum
templum processit: exorans beatam dei matrem vt illie sue concederet pulchritudi=

nem spiritualem/ et faceret eam bonam recolendo/intelligendo/et amando ipsam gloriosissimã dei genitricem.

De virginitate. Cap. XVI.

Questio Laus

l Aus ait eremita. quid est virginitas. que respondit dicens: virginitas est corporis ⁊ mentis integritas contra carnale delictum. de hac ergo virginitate (ait laus) laudemus virginem virginum beatissimam dei matrem.

Intentio qua deus humanam naturam sumpsit de virgine gloriosa. fuit ratio magnitudinis virginitatis ipsius genitricis dei/ vt mater verbi fieret: et quoniam illa intentio fuit excellentior et nobilior quã deus potuit habere in creatura/et creatura i deo: oportet vt virginitas ipsius beate dei genitricis in pulchritudine/magnitudine/sanctitate/et amore: correspondeat bonitati/magnitudini/sanctitati/et amori intentionis/qua deus naturam sumpsit humanam. et ideo non est qui valeat estimare magnã bonitatem/sanctitatem/ et amorem virginitatis beate dei matris. neqꝫ corporis et mentis integritatem: quam eius virginitatem decet habere. nam eius virginitatem decet integritas bonitatis/ magnitudinis/ perseuerantie/ et potestatis/atqꝫ integritas videndi/ audiendi/ odorandi/ gustandi/ palpandi/et insuper integritas recolendi/intelligendi/et amandi virginitatem. quidquid enĩ in ea est spiritualiter et corporaliter: virginitati eius correspondere oportet. vnde penitus impossibile est in ea quodcũqꝫ corruptionis esse mẽtis vel corporis/ quod virginitati eius sanctissime contradicat: quoniam sic non esset digna: vt vnigenitus dei filius ex ea incarnaret induẽs eius naturã. Filius virginis non fuit homo factus ideo vt generaret homines: sed vt in omni puritate deo recrearet. quare oportuit eum esse genitum a deo in vtero gloriose virginis/ vt ipse esset virgo in deo. ideo et oportuit vt ex virgine virginitatem sumeret/nunqꝫ violabilẽ. na cum violatione: nõ potuisset esse deus. idcirco matrem eius gloriosam: oportuit virginẽ esse post partũ et ante/ vt ipsa esset materia de qua filius eius benedictus naturã sumeret virginitatis. et sicut filius eius homo fact⁹ est inuiolabilis virginitatis natura: sic et in ipsa matre oportuit esse inuiolabilem virginitatis naturam. et hac natura ipsa beatissima virgo proprietatem habuit/et virtutem: vt cum esset in mũdo nemo propter pulchritudinẽ ei⁹ ad carnale delictũ moueret/ qꝫuis eius pulchritudo omnes pulchritudines superaret. Quid dicam (ait laus) vobis per singula? vtiqꝫ virginitas eius tã nobilis est et excellens: vt post filium suum ceteras corporales naturas superet et spirituales. Corporales quidem: quoniam super naturam corporis est corpus per corpus transire/ quolibet eorum integro permanente sine sui violatione. spirituales quidem eo qꝫ intellectus intelligere non potest de natura sui: qꝫ corpus integrum per corpus integrum possit sine vtriusqꝫ ⁊ el alterius offensione transire. Quod tamen fieri potest per miraculum: et secũdum dei et ipsius beate virginis voluntates/et scḋm virginitatis naturã. quã filium eius oportebat sumere ex ipsa virgine matre sua sicut iam dixi. Virginitatẽ ipsi⁹ gloriose virginis dñe nostre tãtã oportet esse in bonitate/ magnitudine/ pfcu crãtia/ ⁊ reliquis: vt ipsa virginitati omniũ virginum amore virginitatis matris dei diligẽtiũ virginitatẽ/correspõdeat. quoniã sicut sol illuminat lunã/et stellas/et ea que sunt in terra/ et sicut ignis oĩa calida calefacit: ita et multo melius virginitas dei matris fons est/ et lumẽ/ ⁊ pfectio oĩbus virginitatib⁹ oĩm eorũ qui diligũt illã ⁊ nõ solũ ei⁹ virgi-

nitas virginitatem virginum illuminat et informat: imo etiam castitatem eorum
qui caste viuunt amore ipsius virginis beate dei matris. nam eorum castitas ex ei⁹
summa virginitate: virtutem sumit et figuram. benedicta sit (ait laus) tanta virgi-
nitas gloriose matris: que ad tanta se extendit / tantam conferens et sustinens bo-
nitatem / et sanctitatem. Questio. Laus (ait eremita) quidam clericus ad pec- Questio
catum luxurie male erat assuetus. ille quidem violauit / et in notam posuit infamie
vnam virginē que in religione suam virginitatē vouerat beate virgini dei matri.
Et postmodum etiam carnaliter cognouit vxorem cuiusdam ciuis nobilis: que be-
ate dei matri promiserat castitatem. tantumqꝫ colebat clericus ille domū illius do-
mine: vt et domina / et sue filie despicerentur a ciuibus illius ciuitatis. vnde questio
est: in quo est magis reprehensibilis aut in violatione virginitatis / vel in corrup-
tione castitatis. Retulit intentio dicens. In quadam ciuitate erat filia cuiusdam Intentio
ciuis in bonis temporalibus valde diues et abundans. quia magne diuitie eidem
ex patre remanserant. Et accidit quadam die / cum de virginitate audiret in quodā
sermone laudari beatam virginem dei matrem: proposuit in corde suo remanere
virgo q̄ꝺdiu viueret / vt in aliquo ipsi beate virgini assimilaretur. postea vero cū ad
hospitium suum reuerteretur: considerauit beatam virginem / ipsa existente virgi-
ne filium habere: et se existente virgine nunq̄ꝫ habere filium posse. quare si primo
modo assimilaretur virgini dei matri: alio quidem modo dissimilaretur eidem. ip-
saqꝫ sic considerans proposuit conari q̄ꝫtum posset assimulari ipsi beate marie: vt eā
magis amaret. Et accidit vt quedam mulier pauper ferens filium suum in brachijs
suis elemosynam amore beate marie domine nostre ab illa quereret. que quesiuit
ab ea: qua intentione elemosynam peteret. illa vero respondit et dixit eam se petere
duabus intentionibus: quarum prima erat vt ex hoc quod ipsa illi porrigeret bea-
tissima virgo misericors ei fieret / et grata. altera vero intētio erat / vt ex illa elemo-
syna et sibi ꝛ filio suo viuendo satisfacere posset. Bona mulier (inquit illa) que ista-
rum duarum intentionū tibi videtur beate dei matri magis esse grata? cui ista res-
pōdit dicēs. meritum quod illa habitura erat pro elemosyna / matri dei magis gra-
tum. quoniam illud est intentione prima: elemosyna vero intētione secunda. Mul-
tum placuerunt virgini verba huius bone mulieris: quia bene responderat. et di-
xit ei: rogo te vt michi de filio facias elemosynam / tali pacto vt adoptem ipsum
michi in filium et post obitum meum relinquam ipsum bonorum meorum omniū
successorē. te autē volo in hospitio meo permanere: et te in omnibus necessitatib⁹
tuis sustentare. Hec itaqꝫ bona mulier donauit filium suum virgini: virgo vero re-
cepit illum in figura ihesu christi / et reputabat eum filium suum. Hec exultabat in
virginitate sua: et in filio suo ihesum christum recordabatur. hec diu vixit in beati-
tudine ista. Post obitum vero suum hereditatem suam dimisit illi filio suo: quē nu-
triuerat. qui postea vnus de melioribus et melius totius ciuitatis morigeratis vi-
xit: quoniam bonitati sue auxiliabatur intentio virginis / que nutriuerat illum.
Priusq̄ꝫ oratio oraret beatissimam dei matrem: considerauit diu in virginitate Oratio
ipsius beate dei genitricis / et in mēte sua fecit ei quandam virgineam petitionem.
virgineam quidem petitionem fecit de integritate bonitatis / magnitudinis / per-
seuerantie / et potestatis: ita vt in eo quod intendebat petere / nulla fuerit intētionis
violatio. imo totum fuit mundum / purum / ꝛ clarum. et secundum hanc puritatem
et claritatem intentionis virginee: fudit beate virgini dei matri hos sermones. O
domina clarissima virginitatis regina: cū sis ipsa virgo / ꝛ virginitatis mater ora-

re te desidero sub virginitatis forma. Ea pro quibus te oro: cuncta dirigo ad honorem virginitatis tue. et in his omnibus ꝗ̄tum valeo: appono integritatē bonitatis/magnitudinis/perseuerantie/et potestatis. Oro te igitur benedicta regina virginitatis pro virginibus oībus/qui et que virginitatis īmolationē promiserūt: vt eis mentis et corporis conserues virginitatē. etenī cū bonitas/magnitudo/ꝑseuerantia et reliqua/integritatē/ puritatē/et sanctitatē habēt: tūc corpꝰ integritatē habet bonitatis ꝛ magnitudinis corporalis. quoniā sicut aīe bonitas/corporis bonitatē conseruat: sic bonū recolere/intelligere/ et amare conseruat bonū videre/audire/gustare/odorare/et palpare/ et bonū loqui. Regina spiritualis virginitatis: oro te vt in mundo cōserues virginitatē spiritualem cū tuo virgineo recolere/intelligere /et amare: in quo nunꝗ̄ violatio aliqua fuit. quoniā si volueris recolere/intelligere/et amare virginitatē virginū: nunꝗ̄ demon/ pessimꝰ lupus rapax eam poterit violare. nā integritas virginitatis tue tantā habet virtutē: vt neqꝫ violatio vicij/neqꝫ viri/neqꝫ mulieris/neqꝫ demōis etiā ei resistere possit. Sed tamē nescio qua ratione virgo regina mitis: apparet te nolle recolere/intelligere/ et amare virginitatē in eis qui propter te eā vouēt/et promittūt: quoniā si bene velles virginitas spiritualis eorū nunꝗ̄ corrūperetur: nec per cōsequēs corporalis. sed aduerte queso beata virgo ad hoc eos deuenisse: eorū virginitas corrūpitur aut isto modo/aut illo in tot personis/et tot de formibus modis vt casta petitio mea ne modo audeat dicere/sed nec etiā cogitare. Sed quoniā tu es virgo regina tam pura: tam sācta/tā magna corporaliter ꝛ spiritualiter: quid esse potest ꝗ̄ in tā paucis similitudinē tuā multiplicas: permittens tot personas violare in se similitudinē tuā: ha regina demens absit a pietate tua: vt hoc diu toleres. ecce enī mūdus quasi totus ī luxuriā ꝛ meretriciū peruersus est. virgo virginū domina clemētissima pro quadā abbatissa sepe te rogaui: vt virginitas ei suffragaretur ad conseruādā virginitatē virginū monasterij sui. illa abbatissa virgo est/ et sācta mater sicut nosti: et cōtristatur valde super ijs erratibꝰ qui in monasterio suo a quibusdā mulieribus (que virginitatē tibi promiserūt) admittuntur. Iterū oraui te (sicut nosti) pro quadam bona filia castitatis: que prauū habet virū et adulterū/et ipsa cōtinens valde bona domina multis laboribus cum viro suo affligitur sine culpa. neqꝫ pro ista/neqꝫ pro illa me dignaris exaudire: sed quotidie crescunt super eas mala: et etiā super alios/pro quibus te orare non cesso: auxiliū et succursū ferre dedignaris/et ego plango et ploro die noctuqꝫ clamādo/dicēdo miserere/miserere mater virginitatis et castitatis: quoniā ecce lupi deuorantes oues/quarū pastores dormiunt auribus obtu-

Questio ratis: Questio. Oratio (dixit eremita) quedā domina habebat virum prauū/adulterū/zelotypū/et male societatis. hec autē domina erat bona et honesta/ plurimū diligens beatā virginē dei matrē: quā orabat valde frequenter et deuote vt eam conseruaret in honestate: quoniā coniunx suus occasionē illi prebebat adulterandi. Item proxima illi vicina quedam habitabat/que cum mala esset (quoniam sordibus et peccato luxurie detenta) filiā valde pulchrā habebat virginem/amore beatissime virginis virginitatem diligentem: sed cum ex malis operibus matris mala eidem darentur exempla: timebat illa filia ne forent occasio violationis virginitatis sue. quare super hoc hec virgo beatissimā virginē dei matrē orabat: vt ei virginitatē suā cōseruaret. vnde questio est que istarū aut hec virgo/aut illa domina petitionem magis gratiosam faciebat apud beatissimā virginem dei matrem.

Intentio Ait intentio. quidam pauper religionē intrauit: vt virginitatē suā melius inuio-

latã custodiret. et modico tempore post religionis ingressum: tentatio peccati car-
nalis eũ inuasit. que tentatio adeo sibi vehemens extitit vt nullam antea maiorem
passus fuisset cum esset secularis. valde mirabatur ille/ que causa poterat esse: qua
vehementius peccare tentabatur cũ religiosus factus est ꝙ cũ non esset religiosus.
Cũqꝫ sic miraretur fuit illi cordi orare virginem gloriosam dei matrem: vt ei reue-
lare dignaretur que causa esset qua durius tentaretur in ordine ꝙ cum fuisset extra.
Et accidit ei quadam nocte in somprijo visio: et videbatur ei vt domina quedã his
sermonibus eum alloqueretur. Audi tu homo qui dormis/ ĩtellige hos sermones.
homines seculares neqꝫ votũ/ neqꝫ promissionem faciunt de virginitate seruanda:
quoniã ad matrimoniũ declinare possunt. sed religiosi qui vouent virginitatem si
virgineo sunt: maiori propugnãtur tentatione luxurie ꝙ ij qui virginitatẽ non vo-
uere. nam vota plus important aut mali aut boni: et maioris tentationis sunt oc-
casio ꝙ ea que sunt preter votum. hic autẽ excitatus a somno: multũ gaudebat sup
ijs que in somnis sibi reuelata fuerunt. qui laudauit/ et benedixit beatissimã virgi-
nem dei genitricem: et exinde cum accidebat ei carnis tentatio compellebat suũ re-
colere/ intelligere/ et amare per virginitatẽ beate dei matris euanescere/ et superãs
tẽtationẽ euadebat. et hoc tã diu fecit: vt neqꝫ hoc peccato nec alio ãplius tẽtaretur.

De valore. Cap. XVII

Aus/ ait eremita) quid est valor? que respondit dicens. Valor est id quo Questio
l valent bonitas/ magnitudo/ perseuerantia/ potestas/ et reliqua princi- Laus
pia. igitur de valore laudemus valentissimam dei matrem. Bonitas
preciose virginis dei matris valet ad mortificandum/ et delendum malum: et valet
ad bonificandũ magnitudinẽ/ perseuerãtiam/ potestatem/ et amorem. Nam valor
est magnitudinis/ et perseuerãtie: eas esse bonas. Et valet etiam bonitas hui⁹ pre-
ciose virginis et matris: ad mortificandum magnitudinis paruitatem/ et perseue-
rantie priuationem. Nam valor est magnitudinis/ eam esse magnam in bonitate: et
malũ est eidẽ ipsam esse paruã in bonitate. et hoc similiter suo modo est de perseue-
rantia et reliquis. vnde sicut bonitas gloriose virginis dei matris valet in seipsa/
et in magnitudine/ et reliquis: ita magnitudo ei⁹ valet in seipsa/ et in bonitate et re-
liquis. quia valor est eas esse magnas in bonitate: et ita reliquarũ dignitatũ. nam
ꝙto bonitas dei genitricis plus valet alia bonitate: tanto ãplius valet in magnitu-
dine alia bonitate. hoc idẽ est de magnitudine in bonitate: nã eorꝫ principiorꝫ de qb⁹
preciosa dei mater cõstat/ quodlibet valorẽ suũ multiplicat in aliud quodlibet eorꝫ.
Et scdm ꝙ eius valor intrinsecus est: ita correspondet valori extrinseco/ quẽ habet
ipsa beatissima dña nostra dei mater agẽdo bona/ magna/ et perseuerantia opera/
plena sanctitate/ virtute/ et potestate/ et amore. Speciosa virgo maria valet exi-
stẽdo mater dei hominis: cuiusqꝫ filius pstantior est oĩbus alijs filijs/ et etiam ceteris
creaturis. ergo maternitas sacratissime virginis: valẽtior est oĩbus maternitatib⁹
que fuerũt/ sunt/ et erũt. Et quoniã ipsa est mater recreationis nostre/ mater iustorꝫ
et peccatorꝫ eã inuocantiũ: quis arbitrari posset aut dicere/ quãt⁹ est valor bonita-
tis/ magnitudinis/ et perseuerantie ipsius preciose virginis ea existente matre dei
hominis/ et iustorum et peccatorum? imo quis meditari posset valorem quem ha-
bet recolendo/ intelligendo/ et amando deum eternum filium suum? etenim angeli
omnes beati/ et sancti superne glorie/ et omnes homines huius mundi: non habẽt
tantum memorie/ tantum sapientie/ et tãtum amoris in christo ihesu domino no-
stro/ quãtum habet benedicta virgo eius mater. nec omnes illi tantum auxiliantur

peccatoribus q̄tum ipsa sola. et ideo quis narrare potest valorē istius sanctissime
matris: quē habet recolendo / intelligendo / et amando. Quis eū habere / quis eum
concedere / quis eū emere / et quis eū vendere potest? ꝛ quid dicā? quid compensa-
ri valebit ipsius valori in recolendo / intelligendo / et amando filium suū deum ho-
minē: et quo modo sancti / ꝛ sancte / iusti / atq; peccatores recolūt / intelligūt / et amāt
eā cū magnitudine / bonitate / perseuerantia / et reliquis? Hec triūphalis regina
valet in prelijs / et in periculis maris / et terrarū. hec prudētissima valet in ministra-
tione consilij / sanitatis / diuitiarū / paupertatis / bonitatis / sanctitatis / et in omnib⁹
que cogitari aut dici possunt: ad que bonitas / magnitudo / sanctitas / et virtus pos-
sunt extendi. in omnibus et per omnia valet ipsa domina dominarū: valet desola-
tis / viduis / et orphanis / valet virginibus in conseruatione virginitatis / valet cō-
iugatis in conseruatione sue honestatis / et pudicitie. valet ad parcendū / valet ad
miserendum / valet ad concedendam gloriā sempiternā / valet ad labores infinitos
euitandum. Sola insuper spes peccatorum in ea confidentium plus valet: q̄ mens
aliqua existimare posset. quod satis manifeste patet: quoniā aliquis peccator spe-
rans in ea: spem suam quā habet in illa / pro nullo mundi thesauro ꝯmutare vellet:
ergo benedictus sit valor ille tantus (ait laus) qui omnes valores / ꝛ cogitationes /
et existimationes superat / quē etiā nec bonitate / magnitudine / perseuerantia / nec
potestate comprehendere possunt. Questio laus (inquit eremita) Quedā do-
Questio mina petijt a beata dei genitrice vt cōcederet illi parere filium vnum bonū / ꝛ pul-
chrū: et concessit illi. et quedam altera petijt ab ea duas filias pulchras et bonas: et
concessit illi. vnde questio est: cui duarū beata dei mater valētius donum cōcessit.
Intentio Locuta est intentio dicens: quedam regina valde diligebat excellentissimā re-
ginā dei matrē. libenter enī considerabat in eius valore: et prout considerabat ita
incēdebatur diligere valorem eius. Et ecce quadā die quidā mimus astitit coram
regina illa qui vnū cecinit carmen ad laudē gloriose virginis dei matris. Cantus
autē illius valde placuit regine. in fama / et moribus / et gestu illius mimi perpen-
dit regina: illū esse virū sapientem et bone vite. et intulit mimo sermones hos: va-
lor beatissime virginis domine nostre valde magnus est / ꝛ secundum magnitudi-
nem suam honorari eū / et amari decet in mundo. vnde si possem aliquem mimum
inuenire: qui vellet mimus esse regine altissime dei matris: darē illi libenter librū
istū et sumptus / vt deambularet per mundum laudans eā. ita tamē vt ei non lice-
ret ab aliquo q̄cq̄ muneris accipe / sed eū esse iustū / et castū / et bone vite. hoc au-
dito mimus ille flexo genu regine supplicauit vt illi officiū illud cōmitteret / promit-
tens se iturum per principes / prelatos / milites / ciues / mercatores / et per alios: lau-
dando excellentissimam reginam glorie dei matrem ad honorādum eius valorem
in mundo. valde placuit regine quia mimus hoc illam rogabat: tradiditq; illi librū
et sumptus. ille vero per mundum profectus est: hinc inde laudando valorem pre-
ciose dei matris / ac ea que in libro sunt recitando. erāt enim in eo q̄stiones / laudes /
oratiōes / et intētiones. questiones itaq; que in eo sūt ꝓponebat: vt posset laudare
et incitare laudari valorē gloriose dei matris. Per laudes enī: dabat doctrinā laudā-
di summā reginā celi. per orōnes: dabat modum orandi eam per questiones rursum:
tradebat scientiam. per intentiones pandebat modum: quo haberi possent mores
Oratio boni / et ordinati. Regina superexcellens inquit oratio. tuū valorē prout dixit laus:
nemo cogitare valet. quoniam ergo valor in te est adeo magnus: orare te desidero
ꝓpter valorem tuum / vt petitio mea in magno sit valore. quoniam nisi te propter

valorem tuū orarem: petitio mea magnū valorem ~~non~~ habere nō posset/ vnde nec
exaudiri mereretur hec petitio. imo deprecatio quam intēdo facere: est vt per orbē
vniuersū valorē tuū amari facias/et cognosci. ita vt ille amor/et illa cognitio quos
de valore tuo homines habebunt: sint magni in bonitate/perseuerātia/sanctitate/
et virtute. vt cognitio et amor quos super valorem tuū habebūt: magni sint in va=
lore. Hec est deprecatio: q̄ tibi porrigo preciosa domina. scit enim deus et tu quos
fallere non possum: quoniā petitioni mee maiorē nequeo dare valorem. Et ex quo
inutor ego misera q̄tum possum/ad faciendam petitionem meā valentē: placeat tibi
vt eam in valore tuo valere facias/adeo vt exaudiatur. plorauit oratio suspirans/
et oculos suos/et manus leuauit in celum supplicās/et osculans terrā: et quidquid
ptinet ad faciēdam deprecationem suam valere fecit/vt valor valentissime dei ge=
nitricis marie/per orbem vniuersum cognosceretur/et amaretur. Ualentissima re=
gina glorie (inquit oratio) multi homines qui in mūdo nūc sunt valere credūt: qui
tamen nichil prorsus valent/habentes in valore id quod est in pernicie. ideo vale=
re putant per maliciā/et paruitatem bonitatis/et magnitudinem malicie: et adeo
sunt veri valoris aduersarij vt amplius esse non possint. In villitate illo℞ mundus
villescit/et ad hoc deuenit mūdus: vt quasi in hominibus nichil valeat. valet autē
in bestijs terre/in plantis/in auib⁹/in piscibus/in elementis/in sole/in luna/in stel/
lis/in firmamento: et in quacūq; alia creatura. homines vero in quibus mūdus pl⁹
ceteris creaturis valere deberet: quasi nichil valoris habent. Unde sum valde tri=
stis et desolata: et nescio quid faciam o regina pijssima. quoniā sepissime super hoc
te rogaui (sicut nosti) vt mundū valere facias in ijs in quibus plus valere deberet:
tu autē me exaudire non curas vt saltem michi videtur: quia forte nichil valeo. vti=
nam tantū valerē vt mea petitio in tantū tibi grata fieret: vt tibi placeret valorem
tuū inclinare paruitati petitionis/et deprecationis mee. Est enim secundū me peti=
tio parua: verūtamen magna est secundū valorē tuū. quoniā ad laudē et honorem
valoris tui peto quidquid peto. Illa sciēcia que plus valet in mūdo est theologia:
per theologiā enim habetur cognitio et amor de filio tuo/et de te/et per eā ad beatā
requiem peruenitur. post aūt theologiam est philosophia: melior omnibus alijs in
mundo. per eam nāq; cognoscuntur conditiones/et nature/et proprietates rerum.
est siquidē philosophia in qua relucet theologia: quia significat eius similitudinē/et
ostēdit. domina sapiētissima/iste due sciētie tantū valētes: minus cognoscūtur/mi=
nus appreciātur/minusq; diligūtur ceteris scientijs que tantū non habent valoris.
Adhibeas ergo prudētissima super his consiliū: ita vt facias eas intelligi/et amari
super alias scientias. quoniam sic habebunt plures seruitores/et plures manute=
nentes eas: q̄ alie scientie. et sequetur valor inde vtilitati publice et priuate/ cum
valor familiaris et priuatus sit pars et membrū publici valoris. domina valentissi=
ma mundus ad hoc deuenit/vt agricultor valere non curet in bonitate/magnitu=
dine/et perseuerātia agriculture: sed cum magnitudine mercimonie. et cum factus
est mercator/ nō curat valere in bonitate/ magnitudine/et pseuerātia mercimonie:
sed vult valere in bonitate/magnitudine/et ceteris huiusmodi ciuilis libertatis. cū
fact⁹ est ciuis/despicit officiū ciuile: et vult valere ī bonitate/ magnitudine milicie. et
nūc de gradu in gradū: donec fiat pnceps. quo facto pricipe despicit bonitatē ma=
gnitudinē pseuerantiā et potestatē pricipatus/ desiderās i ptrario sui officij valere.
sic enī incōstans/mobilis et varia est: natura malicie. Itaq; cōsistit ī villitate. cadit
enī inferius credēs sursū ascendere. hec autē inordinatio/est in principibus et sub=

iectis eorũ: et in prelatis et subiectis eorũ. Nec oportet vt hec tibi alio modo signi-
ficẽt: quoniã sua opera eos accusant. quare te precor Regina summa gubernatrix:
vt vna cũ filio tuo concedas vt villicus valere volẽs/valeat in bonitate sui officij
similiter et mercator/ et sic de gradu in gradũ. nã isto modo poterit mũdus valere:
et valor ascẽdet/ villitasq; descendet. et habebit valor radices: quibus poterit radi-
Questio cari/ et euellere villitatẽ. Questio. Oratio (dixit eremita) quidã rex valde sapi-
ens duos filios habuit: quorũ alterũ ad discere iussit theologiã et philosophiam/ et
in alijs omnibus scientijs quantũ potuit curauit eũ sapientẽ euadere et peritũ. al-
terũ vero edoceri mãdauit in milicia/ et peritia armorũ. cũ autẽ incipere ntiam viri
fieri: considerauit rex/ vnũquẽq; illorũ ijs que iã didicerat vti posse. Rex tenuit cu-
riã suã: et congregauit excellentes proceres regni sui/ et viros prudentes ciuitatũ:
eisq; significauit se velle dimittere mundũ. quippe qui iam in gubernãdo populo
fractũ et fatigatũ multũ se sentiebat: et affectabat in quodã monasterio recreari
vbi recolere/ intelligere/ et amare posset valorem dei/ et gloriose genitricis eius. et
tũc dixit illis vt e duob⁹ filijs suis illũ eligerẽt: quẽ vtiliorẽ discernerent ad regnã-
dũ. vnde questio magna inter eos versabatur: vtrũ eligerẽt illũ qui in scientijs sa-
Intentio piens erat: aut illũ qui in peritia milicie instructus euaserat. Narrauit intentio
dicens. quidã homo desiderabat valere/ in ore et fama hominũ. multũ enĩ affec-
tabat ab hominibus laudari. hic induit se humilibus vestimentis/ ieiunabat/ da-
bat elemosynas pauperibus: et ostendebat se quantũ poterat hominem esse probe
vite. ita vt secundũ intẽtionẽ ad quã tẽdebat: laudẽ cõsecutus fuerit ab hominib⁹
et valorẽ inter eos. secũdũ vero proprietatẽ et veritatẽ valoris: ipse nichil valebat.
quia valor bonitatis/ magnitudinis/ perseuerãtie et potestatis deerat intentioni
sue. Ille filiũ mercatorẽ habebat et diuitẽ: quẽ valde diligebat. qui enã vanitates
mundanas diligebat: affectans in eis valere. Unde pater valde gloriabatur: quo-
niã homies filiũ suũ laudabãt largitate/ equitatu/ venatione/ et ceteris similibus.
Et accidit vt ille fili⁹ moreref: vnde pater adeo vehemẽter indoluit et tristis fuit/ vt
modũ ad viam patientie habere nescierit. Nã ex hoc quia falsa intẽtione et hypo-
crisi sua facta prodierãt: non fuit cõsentiẽs valor eidẽ in virtute patientie: imo fuit
acerbe impatiens in morte filij sui. et per eius impatientiã quã extra pretẽdit: villi-
pendit eũ populus/ et eius hypocrisis fuit manifesta. Cũq; videret ab hominibus
se sperni/ et more solito nõ laudari: motus indignatione et ira/ palã et oĩb⁹ vidẽtib⁹
prauã postea duxit vitã: et obijt in peccato ire/ et male voluntatis.

De humilitate. Cap. XVIII

Questio Remita quesiuit a laude: quid est humilitas? cui laus respondit dicens:
Laus e humilitas est id quod inclinari facit ad seruiẽdum et exhibẽdum honorem
nobiliori se/ et etiam propter deũ inferiori creature. Et quoniã humilitas
est in excellentissima dei matre: laudemus eã de humilitate hoc modo. Maior no-
bilitas/ et honor qui possunt esse: sunt in domino nostro qui ad seruiẽdum et dãdum
honorẽ exaltatiõis humane nature: humiliauit se/ vt ipsemet in homine seruiret ei
et honoraret eã. Iste autẽ diuinus homo et deus humanus/ imo homo de⁹ humi-
liauit se quãtũ potuit paupertati et paruitati mũdi ac etiam morti deo patri obediẽs/
se in filio humilianti. vnde deus gloriosã virginẽ matrẽ suam: que est excellentior et
honoratior creatura que post filium suũ esse possit (nulla siquidẽ magis post filium
eius benedictum potest honorari) humiliauit paupertati et multis doloribus et labo-
rib⁹ quos ipsa pertulit precipue in morte filij sui/ et permisit eã diu viuere in mũdo

sine sui honore debito. quoniã scd̃m humilitatē filij sui: oportuit bonitatē/et magni-
tudinē/humilitatis ipsius matris correspõdere. Et quoniã humilitas dei hominis
tanta est in bonitate/magnitudine/et potestate: vt nec cogitari nec dici possit: de-
ficit (ait laus) cõsideratio mea/et sermo meus dicere/ꝛ narrare magnitudinē humi-
litatis gloriose virginis dei matris. Natura et proprietas humilitatis est: in tãtũ
exaltare eos altos qui se humiliãt/q̃tũ cõdescēdunt ad seruiendũ ꝛ honorandũ mi-
nores. vnde q̃tum beatissima virgo se humiliauit in salutatione archangeli volēs
esse ancilla dñi: in tãtũ dei humilitas exaltauit eã vt fieret dei mater. Et quoniã dici
non potest neqꝫ cogitari q̃tũ exaltata est in matrē: similiter cogitari non potest eius
humilitas/neqꝫ dici. Cũ ergo hec humilitas sit tãta: oportet eã contineri et perfici a
sursum vsqꝫ deorsum/ita vt sublimiores et inferiores humilient se/ipsi beate marie
fonti humilitatis. ita vt eorꝫ humilitas formã/figurã/sanctitatem/ virtutē/ bonita-
tem/et magnitudinē sumat: ex eius humilitate. Beatissima ancilla domini vir-
go maria adeo est humilis: vt eius maxima bonitas se humiliet ad seruiendũ boni-
tatib9 modicis peccatorũ. Similiter et magnitudo sui recolere/intelligere/et ama-
re: magnitudini ipsius recolere/intelligere/et amare eorũ qui recolunt/intelligũt/
et diligũt eam. Ideo cum aliquis vel aliqua pauper eam recolit/intelligit/ et amat:
statum necessario ipsa que est in celis/ est loquens cum filio suo cum angelis et cum
beatis glorie/se humiliat ad recolendum/ intelligendum/ et amandum pauperē il-
lum vel illam/intelligens id quod ille vel illa petit in oratione sua: videlicet cũ illa
pauper mulier rogat eã aliquotiēs ꝓ gallina sua/pro gallo suo/aut asino suo: et sic
de similibus huiusmodi/parui valoris. oportet enim vt ipsa sciat hec omnia: et reþ-
sentet ea filio suo. Idem faceret si muliercula eã rogaret pro peccatis suis: que nũqꝫ
poterunt esse de tam magnis rebus/ vel tam paruis quin oporteat eam condescen-
dere/vt pietatem habeat et misereatur illius mulieris. Quis ergo humilitatem ip-
sius domine nostre (ait laus) estimare potest? et q̃ ipsa que est tam sublimis/tã san-
ta/tam magna/tam bona se habeat humiliare ad intelligendas tot miserias/tot et
tanta peccata/que sub omnibus sunt in mundo? hec humilitas (ait laus) tanta est
vt et cor et spiritus michi deficiat ad laudandam eam. etenim tanta est: vt recolere/
et intelligere non possum eam totam. Questio. Laus (inquit eremita) quidam Questio
prelatus et quidam princeps diligebant valde beatissimam dei matrem. et pre ve-
hementi amore eius: conabantur q̃tum poterãt/in aliquibus ei assimilari. et inter
cetera in humilitate id volebant atqꝫ nitebãtur ei similes euadere. vnde questio est:
cuius istorum humilitas fuit magis beatissime virgini gratiosa. Retulit intentio Intentio
dicens. quedam regina erat valde bona/et sancta/atqꝫ valde diligens reginam hu-
militatis dei genitricem. et pre vehementi amore beatissime virginis: humiliaue-
rat voluntatem suam ad volēdum quidquid volũtas beate virginis / et filij sui vo-
lebant. Illa regina filium vnum habebat /quem tenere diligebat: qui ad mortē in-
firmabatur. Illa vero valde timuit: ne ea infirmitate filius su9 moreretur/propo-
suitqꝫ orare beatam dei matrem et ihesum christum filium suum. sed cum recoluit/
quia se humiliauerat ad volendũ quidquid de ipsa volebat beatissima dei mater:
timuit (ne si forte beata maria vellet habere animam filij sui in gloria) orando pro
vita filij ageret cõtra intētionem humilitatis/secũdum quam humiliauerat volun-
tatem suam voluntati beatissime dei matris. idcirco stabat: cõsiderãdo vtrum ora-
ret aut non/pro filio suo beatam dei matrem. Cum autem hec bona regina sic con-
sideraret: sua pura humilitas/necnon sua bona intētio apperuerũt ei viã per quam

beate marie hos presentauit sermones. Regina vite filius meus infirmatur: cuius vitam vellem si volũtas tua vellet eã/ quoniã si volũtas tua vult eã: oportet volũtatẽ meã velle eã/ cũ sit obligata ad volendũ quicquid vult volũtas tua. vnde sub conditione de vita filij mei te deprecor: videlicet si voluntas tua velit eius vitam. si autem velit mortem eius: oportet volũtatem meã letari in morte filij mei/ vt placeat ei quidquid de me et de filio meo fecerit volũtas tua. et ideo quoniã hec bona regina tã bona intentione dei matrẽ orabat: misit ipsa mater pia vite/ sanitatẽ filio illius. qui diu vixit et sceptrũ regni tenuit/ et regnauit valde bonus et bonis moribus plenus. et multa bona patrauit ĩ mũdo/ alijs regibus multis dãs et relinquens bona vite exempla.

Oratio Orare voluit oratio matrẽ gratie sub humilitatis forma et dixit ista. Regina humilitatis/ filius tuus priusq̃ tecũ in mũdo versãti humiliares: requisiuit a te per gabrielem archãgelum humilitatẽ/ ad dandum per te humilitatis exẽplum/ vt fidelibus te inuocãtibus te humiliares. nã statim cũ humiliaueris tuã magnã bonitatẽ eorũ parue humilitati: sumet eorũ parua humilitas de tua humilitate virtutem/ et eorũ parua bonitas de tua bonitate/ similiter et de tua magnitudine et reliquis. vnde te precor regina pietatis/ et humilitatis: vt tibi placeat infidelibus te humiliare ad recolendum/ intelligendum/ et amandum eorũ salutem. et eos seruire facias filio tuo: et eũ honorare. et insuper mater humilitatis/ te precor pro malis et superbis christianis: vt in bonitatẽ et hũilitatẽ cõuertantur. et placeat sanctitati tue: te exaltare humiles/ et humiliare supbos/ vt ipsi superbi per te cõuertantur in humilitatẽ ad bona opera peragenda. Mater misericors plena virginitate: peccatũ adeo est res parua/ vt nichil minus sit ipso. sed quoniam tu es res maxima/ tu nobilissima/ tu excellẽtissima: maximã quidẽ ageres humilitatem/ si te humiliares ad recolendũ/ intelligendum/ et odiendũ peccatũ. quoniam per totum spacium quod est inter altitudinẽ tuam et infimitatẽ peccati flueret et refflueret humilitas tua. quare michi bonum videretur/ vt per te penitus viciũ exularet: quoniã illud valde nocet humilibus/ amore tui diligẽtibus humilitatem. nam die/ nocteq̃ illorum impugnat humilitatem. Cũ ergo preciosa domina tua humilitas sit tam excellens/ et nobilis: istud quidẽ summũ malũ est in mundo. Sed hoc videtur michi mirabile/ vt humilitas tua faciat humiles esse quosdã homũciones/ et quasdam mulierculas: in quibus vix videtur humilitas tua imprimẽs/ et informans similitudinem suam. In diuitibus autẽ/ nobilibus/ et potentibus: adeo vehementer apparet supbia vt in mũdo vix humilitas aliqua appareat. ha regina clemẽs absit hoc per filiũ tuũ deũ te oro. Ex quo tãtam habes humilitatem: influe illã istis/ et illis. Pia mater misericordie per me peccatores te misericorditer inuocant: humilies te petitionibus eorũ. quia ipsi se humiliant: ad dicendũ et agendum omnia/ secundum voluntatem tuam. Tu que dictis gabrielis archangeli te humiliasti vt fieres dei mater: cur non te humiliabis vt sis ad te confugientium peccatorum mater? hoc oportet vtiq̃. q̃ si non: videtur vt tu que te humiliasti ascendẽdo/ sursum amiseris misericordiam et veniam te pia regina a te petẽtibus elongando. hec autẽ non tibi esset magnitudo humilitatis: sed potius abesset humilitati tue bonitas/ amor/ et pietas: nisi quoscũq̃ iuuares te misericorditer inuocãtes/ vt humilitas tua condescẽdat eis inferius/ et eos eleuet superius. Recordare igitur virgo mater omniũ: de quibus te rogaui. quoniã si sic: bene suffragabitur omnibus humilitas tua.

Questio. Oratio (inquit eremita) quidã rex et etiã regina sua cõiux valde diligebãt humilitatẽ. et accidit cũ ambo ad quãdã ciuitatẽ proficiscerẽtur: vt quidã

leprosus et quedam leprosa venientes de ciuitate illa obuiauerint eis / elemosynam ab eis querentes. Ambo scilicet rex et regina de suis equis descenderunt. et flectentes genua: rex osculatus est leprosum / dans ei pro elemosyna chlamydem suam / et regina pedes leprose osculata est / dãs ei similiter pro elemosyna chlamydem suam. vnde questio est: vter eorum maiorem habuit humilitatem. Narrauit intentio dicens: quidam miles alti generis duxit in vxorem filiam cuiusdam ciuis intentione diuitiarum / quas auis ille dedit illi cum sua filia. Ille vero miles valde mũdanus erat vanitates mundi diligens. et consumpsit omnia que receperat cũ vxore sua. et accidit quadam die vt a socero suo peteret mille libras mutuo. ciuis autem illas tradere recusauit. quare miles (cum esset superbus) aduersus socerum suũ / similiter et aduersus vxorem suam ratione patria acerbe se gessit. et incedens superbe contra vxorem suam / et contra illius parentes dixit illi. quia non liceret eam tã nobilis sanguinis habuisse virum. vxor autem eius bona erat et honesta et humilis valde diligens virum suum. et quanto vir suus magis superbia eleuaretur aduersus eam / et magis incurialis esset / tãto hec magis humilis et magis illi curialis erat In tantum vt magna humilitate / bonitate et perseuerãtia vicerit virum suum. qui post ea dilexit / et honorauit eam: et fuit ei humilis et curialis. Quadam vero die ciuis ille quesiuit a filia sua: que ratio fuit / qua ipsa virum suũ ita superauerit / et quas de malo et superbo fecerit cum morigeratum / et mansuetum. Domine mi (inquit illa) humilitas / bonitas / et perseuerantia / et amor habent in intentione virtutem: et superbia et malicia nõ habent i intentione radicem neqȝ virtutem. quare cum intẽtio bona se coniungit amori / humilitati / et pseuerantie: oportet omnino eã vincere maliciam / ingratitudinẽ / et superbiam / et ceteros prauos vsus. Intentio

De domina. Cap. XVIIII

Dus (inquit eremita) quid est domina? que respondit ac dixit. domina est Questio
I ea mulier que sub se seruos habet / et famulos / et ancillas: qui seruiẽdo / il- Laus
lam honorant. et quoniam beata dei mater excellentior est domina / et nobilior que posit esse: laudemus eam hoc modo. Ihesus christus filius ipsius virginis: dominus est omniũ creatorum. igitur oportet eam esse vnicam tãtum dominam omniũ creatorum. aliter filius eius dominiũ matris sue non cõstituisset in magnitudine bonitatis / potestatis / sanctitatis / virtutis. quod est impossibile. cum ergo ipsa beatissima dei mater sit creatura / et domina omniũ creatorum magnũ quidẽ eius est dominium: quia sunt magne et multe creature / cum sint tot / et tam magne / et tam nobiles / et tam virtuose creature. Quis ergo narrare posset et cogitare magnam bonitatem / sanctitatem / et virtutem dominij beatissime virginis dei matris domine nostre? Gloriosissima dei mater est melior domina omnibus dominabus: quoniam ipsa est domina dominarum / domina omniũ virginũ / et omniũ mulierũ. ipsa est etiam excellẽtissima / et nobilissima domina: quoniam angelis et sanctis superne glorie dominatur. et eius dominiũ: omnes demones / et damnatos sibi subiugat. et habet in mundo in iustis et peccatoribus principatum. Domina est virtutum quas concedit / quas roborat / quas sanctificat / atqȝ mundat: vicia destruit / aufert / et dimittit. Domina est super naturam: quoniam ipsa super naturã virgo concepit / et virgo peperit filiũ / et super naturam sanat cõtractos / et suscitat mortuos / et super naturam miracula magna operatur / nec est qui sibi resistere posit. Benedicta sit ergo talis domina / que dominiũ tãtũ habet vt omnes profunditates abyssi / et omnes extremitates altitudinis post deũ cõprehendat. Hec beatissima virgo

mater/est domina largiens dominiū. nā quotcūq3 domine sunt/quotcūq3 fuerūt/⁊
quotcūq3 sūt: ab ea dominiū acceperūt. quoniā si ipsa nō esset: nō esset deus homo.
et nisi deus esset homo: non creasset mundum/cum creauerit illum vt ipse deus sit
homo. Est ergo ipsa dei mater domina largiēs dominiū bonum/magnum/et per=
seuerās in sanctitate/virtute/et gloria. hec est illa domina altissima: cui subiecti sūt
angeli beati/sancti/et sancte/atq3 iusti/et peccatores: ad seruiēdū illi et eam hono=
randam et laudandā atq3 amandā. ⁊ ad intelligēdū ⁊ recordandū per totū mūdū eius
dominiū. vbiq3 eni per totū mūdū dominiū eius diffūditur. Ubiq3 per totū mūdū
illi laus honor reuerētia debet̄ ⁊ obsequiū: quoniā domina magnitudinis est. Sēper
enī amari/intelligi/et recoli debet: quoniā domina est perseuerāte. Magno certe
recolere/intelligere/amare/venerari debet: laudari et honorari/ et ei obsequium
imperiri: quoniam domina est magne memorie/magni intellectus/magne volū=
tatis. ha (laus ait) et quis poterit narrare maximū dominium huius gloriosissime
Questio dominatricis? Questio. laus (inquit eremita) due domine orabant dominam
dominantium beatissimam dei matrem. altera illarum orabat eam vt concederet ei
vite longitudinem: vt diu seruiens ei oraret eam in multis regionibus. Altera ve=
ro orabat eam vt cito finirentur dies sui in hoc mundo: vt in eterna gloria cito illā
videret/quia multum eam videre desiderabat. vnde questio est: que illarū domi=
Intentio narum plus diligebat beatam dominam virginem dei matrem/et que magis iustā
ei fundebat orationem. Ait intentio. quedam domina emit quandam alienige=
nā: et quesiuit ab ea quid manducaret. que respōdit dicēs id quod ipsa sua domina
vellet. Iterum quesiuit ab ea sua domina: vtrū illa haberet volūtatem? que respō=
dit et dixit non/quia domina emerat suam volūtatem. multum placuit domine re=
sponsio quam sua emptitia fecit ei. et quesiuit ab ea/ quis eam docuerat tam apte
respondere: que respondit et dixit ei intētio/secundū quam empta fuit ⁊ per quam
ipsa erat sua domina posuerat eam in via hoc modo respondēdi. vnde miro mo=
do contenta fuit de alienigena quam emerat. et accidit quadam die vt hec domina
preceperit emptitie sue vt seruiret ei in quibusdam rebus/ quibus domina indi=
gebat. serua autem quidquid potuit fecit. tamen ad finem: eius / quod domina
sua preceperat venire non valuit. vnde ipsa valde tristis plorauit. Itaq3 plorans/
tristis ⁊ mesta venit ante suam dominam et dixit. domina mea non possum illa que
michi precepisti perficere. illud enim quod iubebas vt deferrem: habere non potes
quia perditum id est. vnde sum valde tristis et anxia. Amica dixit domina: quia fe=
cisti ad mandatum quidquid potuisti: eque factum gratum habeo/ ac si quod tibi
preceperā detulisses/quapropter igitur noli amplius desolari. Domina dixit serua
ego sum emptitia tua: de te premiū habere nō debeo/ quoniam tua sum. vnde licet
ego quo ad posse meū excusata sim/et consoler quo ad dominium quod in me ha=
bes: tamen quo ad amorem quem ad te habeo consolari non debeo. ex quo perfi=
cere non valeo/id quod desiderat voluntas tua. quia si consolarer: esset in me defe=
ctus amoris. tātum placuerunt domine hec verba emptitie sue: vt fecerit eam libe=
ram. et dixit indignum est mulierē tam bonam: esse in alicuius mulieris seruitute.
Illa vero respōdit domine sue dicens: nolo esse libera/ne per hoc iniurieris domi=
nio tuo: cui ancilla cōpetit/⁊ bene seruiens et illud bene honorans. et remansit spō=
Oratio te in seruitio domine sue per omnia sue vite tempora. Incipit oratio orare be=
atissimam omnium creaturarū dominam: sub forma dominij huiusmodi sermoni=
bus. Tu domina mea es charissima dei mater: et ego ancilla tua. tibi proprium est

esse dominā meā: michi vero propriū est esse ancillā tuā. tibi cōuenit honor et ser-
uitiū: michi cōuenit tibi seruire et te honorare. tibi cōuenit precipere: michi vero
cōuenit preceptis tuis obedire. Tibi rogando seruio: quia tale est officium meum.
Rogando quidem tibi seruio: cū te precor dare gratiam/et benedictionem ijs qui-
bus dominaris/ vt sint tui serui fideles. cum ergo domina mea meum expleam officiū:
oportet te tuum explere/quod est exaudire preces et petitiones iustorum/et pecca-
torum ad te honorandum/tibiqꝫ seruiendum. et si ego (inquit oratio) expleam offi-
cium meum: nunquid tu domina mea tuum non explebis? imo domina mea cha-
rissima sic oportet. quod si nō: videretur quidem vt officiū meū plus nossem et di-
ligerē qꝫ tu tuū/quod nullatenus fieri potest. quoniā ea que tu scis et diligis: multo
meli⁹ scis ꝛ diligis qꝫ ego ea que scio atqꝫ diligo. ergo tu domina mea perage quod
te po'co. et nōne tu charissima domina mea ita cōcedes sicut desidero? imo. qꝛ si nō:
cōtristabor et desolabor et male seruieris/nec honoraberis sicut decet. Tu domina
mea (inquit oratio) domina publica es. iusti enī et peccatores die noctuqꝫ clamant
dicentes: domina/domina nostra. Cum ergo tu scis domina publica oro te pro vti-
litate publica: vt eā plus facias amari qꝫ vtilitatē specialē. et causa quare pro illa te
rogo: est vt tu in mundo vehementius honoreris/ melius qꝫ seruiaris. nam per vti-
litatem publicam fortificatur et augetur charitas/ et in eius extinctione atqꝫ destru-
ctione moritur charitas/et perimitur honor et reuerentia que dominium tuum in-
ter nos debet habere. et vide quid agis domina: quoniam tibi seruiri facis/ et te
honorari a quibusdam homuncionibus et mulierculis parue potestatis/et parue
virtutis. in quibus vtilitas publica frondere/et florere/et granum facere nō potest:
qꝫuis diligant illam. sed si a multis viris et mulieribus magne potestatis et alti san-
guinis te velles amari/et honorari/et eos seruire tibi: illi indubie in te honorando/
tibi seruiendo facerent frondere/florere/et fructificare vtilitatem publicam/per or-
bem vniuersum. vnde protenderetur honor/et seruitium dominatus tui. Tu
domino dominaris super benignos angelos/ et malignos: vt quid ergo benignis
angelis non precipis venire in mundum ad agendum et monstrandum opera bo-
na? vt quid non precipis malignis angelis non agere mala? nam tue dominatio-
nis officium est: precipere bonis vt bona agant/et precipere malis vt mala non cō-
mittant. ergo precipe hominibus illis/qui bonū agere possunt vt agant illud: pre-
cipe illis cum amore. qui si noluerint/precipe illis cum timore. et precipe male agē-
tibus abstinere timore: et sic tuum dominiū maximum omnibus apparebit. Sed
tu regina es domina humilis/simplex/et pia intantum/ vt de nullo malo/ de nulla
ingratitudine/vt de nulla inhonestate que contra te fiat videris irasci. Itaqꝫ homi-
nes neqꝫ te diligunt/neqꝫ te timent: nec videtur siue bonū agant siue malum vt de-
beas inde quicqꝫ curare. hoc valde indecens est summa domina: quod cum sis in tā Questio
excellēti dominio vt tam modice ameris/et tā modice timearis. Questio. Ora-
tio (inquit eremita) due domine orabant beatissimam dominam nostram. altera il-
larum rogabat eam: vt quotiēscūqꝫ indigeret cōcederet ei spem. altera vero roga-
bat vt cōcederet ei patientiā: quotiēscūqꝫ cōtrarietas eā moueret ad irā. vnde que-
stio est: que illarum donū potius postulauit. Dixit intentio. quedā domina quādā Intentio
habebat ancillā. hec siquidē domina erat valde bona/et cūctos honestatis habēs
mores: quos dominā decet habere. Ei⁹ ancilla similiter erat valde ꝓba cūctos mo-
res secundū statū suū bonos habens. Idcirco dn̄a ꝛ ancilla valde se mutuo dilige-
bant. quia domina vtebatur ancilla sua/scd̄m intētionē qua erat domino: et ancilla

seruiebat domine sue secundũ intẽtionem qua erat domina sua / et ipa eius ancilla. Accidit autẽ vt hec ancilla moreretur: et domina alterã cepit ancillam. que multũ erat improba / et cõtraria moribus prime. Jdcirco domina et hec ancilla erant assidue in tribulatione. quia domina odiebat ancillã suã / et in tantũ vt aliquotiẽs multa dura intulerit ipsi ãcille que erãt cõtra consuetudinẽ / et ordinẽ dominij. quorum tñ ipam dominã postea penitebat. Quadã vero die cũ accidisset vt hec domina intulisset mala ãcille sue: recordata est quo pacto bene cõuenerat cũ prima ãcilla / et quo pacto bonitas illi⁹ / ipi fuerat occasio pacis / et cõseruatõnis intẽtionis qua ipa erat domina / et quõ hec ãcilla puersa nũc ei erat occasio ledẽdi intẽtõnem qua ipsa erat domina. his itaqꝫ ꝯsideratis ancillã ab hospitio pepulit / et dixit poti⁹ desidero sine ãcilla manere: ꝙ domina manere sed ab intẽtõne dominij spoliata.

De honorificentia Cap. XX

Laus (ait eremita) quid est honorificẽtia? que respõdit dicens: honorificẽ-
Questio I tia est id per quod hominũ alij alijs reuerentiã exhibẽt et honorẽ. Et quo-
Laus niã beata dei mater est honorificabilis: de honorificentia laudemus eam hoc modo. Gloriosam dei matrem reuerẽtur / et honorant vniuerse creature. idcirco oportet eius honorificẽtiam tãtam esse: vt reuerẽtie et honori correspondeat / quem ei exhibẽt creature. Eam etenim reuerentur et honorant omnes angeli / et oẽs sancti patrie sempiterne. Super omnes enim est honorificata quia sup omnes habet bonitatem / magnitudinem / perseuerãtiam / potestatem / et amorem: et insuper cũ sit dei mater qui est vere fructus omnis honoris et honestatis honorificatur magis ꝙ propter suam bonitatem / et magnitudinem. nam eo ipso ꝙ mater dei est tatã sumit honorificẽtiam: vt nullo pacto possit sumere maiorẽ. quare filius eius vt homo / et omnes angeli / et sancti: debẽt ei honorem et reuerentiã tantam / vt creature non possint maiorem. ac etiam quia mater dei hominis est: qui inqꝫtũ est homo melior est creatura oĩbus creaturis. adhuc etiam quod maximũ est: oportet vt deus tantum insinuat matri sue honorem vt ipsa nõ possit recipere maiorem: quoniam sicut non potest eam maiorem matrem facere in bonitate / magnitudine / et potestate: ita oportet ꝙ non possit eam ãplius honorificare. Cum ergo deus tantam honorificentiã impendere potest qui potestatis est infinite / et cũ filius ipsius virginis inqꝫtum homo tantũ possit eã honorare / qui maiorẽ hꝫ potestatẽ ꝙ oẽs creature et ꝙ omnẽs angeli et sãcti glorie tot et tam nobiles existẽtes totis viribus possint honorare: quis potest cogitare quãta laus / quantus honor / quanta reuerentia et benedictio sit huic beatissime domine nostre in gloria sẽpiterna? Est etiã et in mũdo hoc nostro / domina nostra gloriosa valde honorificata: quoniã super omnes mulieres diligitur / et laudatur / et in nulla alia muliere quacunqꝫ iusti et pctõres tantũ spei retinẽt et fiducie. nam omẽs clamãt dicentes mater dei / mater spei nostre / mater venie et misericordie / sãctissima maria mater melioris hoĩs qui est / fuit aut vnqꝫ futurus sit / et dña virginitatis / mater sctatis / regina pietatis / bonitatis / pulchritudinis / iusticie et miseratõis / p qua et de qua tot et tãta facta sũt cãtica laudis. Et q̃ est illa (inquit laus) pro qua et de qua tot sũt pulchre imagines / tot delubra / tot edificia / et tot laudis sermones? et que tot bonos habet cõcẽtores / tot psaltes / tot seruitores: vti begnnissima et superexcellentissima regina celorũ dei mater? Et quis estimare valebit honorẽ quẽ exhibẽt ei peccatores: quoniã cõfidãt in ei⁹ donis / auxilijs / misericordia et venia? Nec mirũ. quia nemo est ꝙtũcũqꝫ sit ipse peccator: q (dũ cõsiderãdo maximũ honorẽ quẽ fili⁹ exhibet illi) cõfidit i ea pure et deuote iplorãs

veniam de peccatis non credat vere sibi remitti sua peccata. Etiam nemo est siue sit
ipse in prelio siue in periculo/ aut infirmitatis angustia detentus/siue pauper/ aut
aliquam indigentiã sustinẽs: si deuote cõfidat in ea/quin credat quecunq̧ petit op-
tinere. Quis ergo est ille: qui illum honorem quem iusti et peccatores exhibẽt ma-
tri honoris virgini marie possit estimare? Sol suam offert hominibus claritatem
vt videant vias: quibus ambulent honorantes beatam dei matrem. et elementa
prestant nutrimenta bestijs terre/auibus/piscibus/et plantis: vt seruiant homini-
bus exhibẽtibus gloriose virgini matri reuerentiam et honorem. Et anima cuius-
cunq̧ viri/ et cuiuscunq̧ mulieris offert suum recolere/intelligere/et amare: vt qui-
libet recolendo/intelligendo/et amando honorificet gloriosam virginem dei ma-
trem. Similiter et natura corporis humani offert oculos ad videndum sacras glo-
riose dei matris imagines: vt per eas honorificent matrem pulchritudinis et hone-
statis. et offert aures: vt audiant homines eius laudes. et offert os: vt proferãt eius
laudes. et offert manus: vt agant propter ipsam opera bona. et offert pedes: vt pe-
regrinentur per terras vbiq̧ eam honorificantes. et quid est quod dico ait laus?
imo verissimũ est quoniam deus/et omnia quecunq̧ sunt/quidquid possunt agũt
ad honorificandam ipsam summam matrem honoris. nonne magnus honor/ma-
gnaq̧ reuerentia est ipsi beatissime matri: q deus in omnibus exaudiat eam/ q̧
natura et homines et quidquid est/agant quidquid possunt ad honorificandam
eam: desino quidem narrare (ait laus) quia sufficere non possum. imo deficio viri-
bus ad honorificandum ipsam: que est intimus fons honoris. Questio. Laus Questio
(ait eremita) Quidam rex diligebat vehemẽter beatam dei matrem/ et duos filios
habebat quos valde diligebat. et in honore beate dei genitricis voluit vnum illorum
esse litteratum: vt in officio clericatus seruiret beate dei matri. et desiderauit illum
bonum prelatũ fieri: vt ipse a subiectis suis faceret eam honorari. Alium vero filiũ
voluit post mortem suam loco sui regnare: et ad bonos mores (vt melius potuit)
eum nutriuit vt fieret bonus rex ad honorificationem regine celi/matris dei/ et vt
ipse ab omnibus subditis suis faceret eam honorificari. vnde questio est: quis du-
orum filiorum plus poterat honorificare beatissimam reginam honoris. Ait Intentio
Intentio. filius cuiusdam viri pauperis et humilis sanguinis: habebat quandam
sibi commissam ecclesiam: de q̃ua mille libras annuatim percipiebat. Ille reddi-
tus ecclesie sue singulis annis vendebat/ et in quibusdam studijs morabatur/ val-
de honorifice. Sue vero ecclesie (cuius redditus vendebat) seruiebatur pauper-
rime/atq̧ inhoneste. quoniam quidam sacerdos (cui suos redditus vendiderat)
abstrahebat ab ipsa quidquid et q̃tumcunq̧ poterat. Et accidit quodam die fes-
tum beate marie (in cuius honore illa ecclesia dedicata erat) cumq̧ accederent mul-
ti viri et mulieres ad illã ecclesiam vt in ea fideli congregatione honorificarent be-
atam mariam dei matrem/sacerdos ille non potuit honorare locum prout festum
decebat: quia paucos secum habebat clericos adiutores/ in decantando diuino
officio. vnde pro magno malo/et dedecore tulerunt parociani et illius loci accole:
q tam miserabiliter illi seruiretur ecclesie/ et insuper redarguerunt vehementer sa-
cerdotẽ illũ. qui excusans dixit/se non esse in loco illo intentione honorificandi be-
atam mariam sicut ad ipsam ecclesiam pertinebat: sed intentione lucrandi pecuni-
am/et abstrahendi id quod ex ipsa ecclesia posset abstrahere. hoc audito valde dis-
plicuit sermo omnibus parocianis illius ecclesie: qui dixerunt sacerdoti ex quo
nõ esset illic illa intẽtione/qua sacerdos ĩ ecclesia debet esse (hoc est ad honorificãdũ

ipsam ecclesiā et cui dicata et donata est) a modo nolebāt eum illic āplius manere.
cōsilio autem inito vnanimiter miserūt nūciū ad suū sacerdotem/ qui de voluntate
omniū diceret illi. non es tu sacerdos noster/ et nostre ecclesie: intētione vt honori-
fice morer in studijs/ nobilibus indutus panno cum tribus aut sex scutiferis no-
bilibus vestibus multipartitis indutis? tua vero ecclesia/ et nostra relicta est cum
vno sacerdote mercenario tātū/ et duobus clericulis: sed ponꝰ datꝰ es ei sacerdos/
vt resideas in eadē honorificans eā pro vt decet/ tot seruitores habendo vt eius ho-
nori sufficiat. vnde ex quo tu curā nostrarū animarū nō debes possidere red-
ditus quos inde pcipis. Et nōne ꝑualeret curā animarū gerere/ et bonū hospitium
habere/ et honoratum/ et sacrificare/ et predicare: ꝙ agere ea que facis? quoniā in
ijs que agis maiorem habes intentionē honorādi te ipsum: ꝙ beatissimā mariā dei
matrem/ ad quam honorificandam factus es sacerdos. valde considerauit ille ser-
mones illos quos ei dixit nuncius ex parte suorum parocianorū. et cognouit quia
verum dicebat. et quia timuit inhonorare beatam dei matrem: reuersus itaqꝫ est ad
ecclesiam suā: cui postea seruiuit honorifice. et ipse sacris initiatus sacrificabat om-
ni die in honorem beate virginis gloriose. Sacrificare nanqꝫ corpus christi: est id
in quo beatissima virgo mater eius/ precipue honorificatur. et insuper amore ipsius
matris dei hospitalitatem omnibus faciebat: qui eū amore ipsius matris dei requi-
rebant. et amore etiam ipsius predicabat: et libenter elemosynas erogabat/ et po-
nebat pacem in populo. Deinde fatebatur populus nullum sacerdotem meliori of-
Oratio ficio vti posse/ ꝙ id erat quo iam suus vteretur sacerdos. Regina beatissima (di-
xit oratio) tibi debetur maxima reuerentia et maximus honor: secundū ꝙ laus iam
dixit. et eo quia honorificentia tua maxima est: oportet vt homines huius mundi
exhibeant tibi reuerentiam et honorem. Et quoniam honorificentia tua tāta est/ vt
ea nō possit esse maior: requirit iusticia et ordo rationis/ vt tibi totis viribus honor
et reuerentia ab omnibus exhibeatur. quare oportet vt in petitione mea maiorem
reuerentiam et honorem quem potero: tibi exhibeam. aliter facerem inhonoratio-
nem tibi/ et petitioni mee/ et michi ipsi/ et peccatoribus: a quibꝰ ad te orandum sum
electa procuratrix. Unde timeo valde ne nō exhibeā tibi honorem debitum: prout
tuam decet honorificentiā. Sed quoniā te cōpellor orare: tue gratie me expono/ cō-
fidens (si defecero) ꝙ misericordia tua mei recordabitur. aut si ꝓ defectu punire me
volueris: tuā iusticiā nō recuso. quoniam intētio principalis qua sum: nō est vt sal-
ua fiam/ nec vt glorificer et honorer/ sed est vt ego in hoc mūdo te faciam honorari.
Prosecuta est oratio et dixit beate dei genitrici honorificētissime marie: bene q-
dē perpēdo gloriosa virgo/ ꝙ sarraceni te honorificāt cū te appellāt sanctā virginē
sancto spiritu matrē ihesu christi/ verūtamē dedecus tibi faciūt/ negātes te esse dei
matrē. Judei autē vituperiū tibi faciūt: quia virginē et matrē dei te negāt/ et affir-
māt te mulierem esse corruptā/ matrē hoīs a viro generati. tartari quoqꝫ/ et pagani
et omnes illi qui deum negant atqꝫ non credūt/ faciunt tibi dedecus: quoniā te pe-
nitus ignorant. et bene concedo quia mali christiani te inhonorant. quoniā ad ser-
uiendū tibi/ honorandū te/ totis suis viribus non laborant. ac etiā quia ad honorē
tui nō abstinēt a peccatis: et quibus possunt virtutibus nō adherēt. hoc autē totum
accidit illis: quia plus honorificationē suā diligūt ꝙ tuā honorificentiā/ et filij tui.
Sed ego dn̄a mea plꝰ desidero honorificationē tuā/ et filij tui: ꝙ meā/ seu cuiuscūqꝫ
alterius/ parata omnes ferre labores et dimittere cūctas mūdanas prosperitates/
mortemqꝫ subire ad honorandum te/ et filiū tuū. Igitur si ego in hac modica bona

voluntate/sincera/sine fraude/z sine aliqua mali labe possim aliq̄tulū te honorare:
placeat tue magne bonitati/virtuti/sanctitati/et amori mouere peccatores ad ho-
norādū honorificētiā tuā virib⁹ corꝶ totis. Regina excellētissima (inquit oratio) Oratio
ego parua sum/et modicū honorare te possum: verūtamē quia sup oīa honorare te
desidero/honor iste quē tibi impēdo extēditur nō in me/sed in illis in quibus et sup
que desidero honorificentiā tuā. Tu eni bene noscis prudētissima virgo: quoniam
nichil deo dignius exhibetur in hoc mūdo: q̄ꝫ honorificentia filij tui/atqꝫ tua. hoīes
autē in mūdo nichil aliud tātū diligūt: q̄tū suāmet honorificationē. Heu quid esse
potest: vt hoīes tā modicū honorificent te/et filiū tuū: qui multū vos possent hono-
rare? vt quid sustinēt christiani: in terra sācta tibi tot fieri improperia? quoniā in ea
orta fuisti/in ea nūciatū fuit tibi summū gaudiū/tui oculi misericordes inspexerūt
eā/illa pijs lachrymis oculoꝶ tuoꝶ madida fuit. que fluebāt a te cū moriebatur fili⁹
tuus rigans eā lachrimis preciosis oculoꝶ suoꝶ/rubricans eam precioso sanguine
purpureo corporis sui. Heu q̄t⁹ dolor est gētes īfideles possidere illā. negātes ma-
ximā honorificētiā tue natiuitatis/et tue anūciationis/z tue virginitatis z cōuersa-
tionis benedicti filij tui. Domina mea preciosa/si hoc habet esse ꝓ peccato meo: ve-
niat iusticia tua ordināsde me secūdū volūtatē tuā. Si autē hoc sit ꝑ peccatis chri-
stianorū/aut quorūcūqꝫ alioꝶ: agat iusticia tua ad placitū suū. quoniā q̄d̄q̄d aut de
me/aut de alijs voluerit agere: totū bonū michi est. solū l terra tua sis honorificata.
et terra tua a sanctis et christianis bone vite possessa. Uirgo regina quoniā ho-
norificare te desidero: adest michi felicitas magna. sed quoniā facere non possum te
honorificari: adest michi infelicitas adeo magna vt die/noctuqꝫ tristis sim et deso-
lata/ et quia tu tantū in mundo es inhonorata. q̄diu enim alia honorificatio dili-
getur magis in mundo q̄ꝫ tua: nunq̄ꝫ ero leta/nunq̄ꝫ honorificata. imo potius volo
esse tecum simul inhonorata: vt in me sit similitudo tua maior. et nūquid inhonora-
ta eris mater honorificationis: z ego honorata? quicunqꝫ vult honorificationem/
habeat: nec faciat me participem eius? quoniā nulla honorificatio vera est: in qua
tu nō sumis honorē. Questio. Oratio (dixit eremita) quidā princeps duos fi- Questio
lios habuit: quoꝶ alter erat miles probus et valens/alter vero clericus deuotus/z
sapiēs. Is qui miles erat/profect⁹ est ad quēdā secte sarracenice regē: profitēs/z ꝓ-
testās beatā mariā esse dei matrē. q̄ si esset in curia sua sarracen⁹ aliquis qui vellet
dicere nō esse dei matrē: paratus erat duellū cōmittere cū illo. neqꝫ haberet ꝓ vitu-
perio etiā vinci/atqꝫ mori ad honorificādā beatā virginē dei matrē. Ille vero q̄ cle-
ricus erat circuibat regiones christianoꝶ p̄dicās/z laudās beatā virginē dei matrē.
vnde q̄stio est: q̄s illoꝶ duoꝶ pl⁹ dilexit honorificationē beate virginis dei matris.
Recitauit intētio dicēs. quidā rex habebat quēdā scutiferū: qui famulabatur ei/ Intentio
et quē rex valde diligebat. Ille vero scutifer in animo suo cōcupiscebat reginam/z
super carnali libidine eā rogare ausus est. valde displicuit regine: illū eā de tā enor-
mi scelere requisisse. et valde inhonoratā se eo facto reputauit/quoniam valde ho-
nestatem diligebat/ z intentionem qua ipsa erat regina. Et super his adeo pertur-
bata fuit: vt regi viro suo (quem valde diligebat) hanc nequitiam detegere volue-
rit. sed quoniā sapiēs erat et prudēs/vtēs in actibus suis bonitate/ magnitudie/et
clemētia: illi scutifero sermōes hos obiecit dicēs. seruitor nequā ab itētiōe honori-
ficatiōis exul: nōne vides quoniā honor exhibetur regi ab omnibus hoībus regni
sui/z oēs supplicāt ei/z ꝑusq̄ꝫ dedecꝰ illi fieri cōsētirēt: morti se pori⁹ ꝯtra quēcūqꝫ ex-
ponerēt. Nōne vides q̄ maior honor me⁹ a deo/et ab ipō mihi est: z tu ipse honorē

et exhibes cum de calice vinum genu flexo porrigis ei dē: ergo falsissime (ait regina) quomodo cogitare potuisti tantum dedecus/ tantam proditionem/ et tantum facinus adversus dominum meum et tuum: et quomodo ausus es opinari me esse facturam maiorem hanc infamiam et villiorem que ei fieri posset: insanus quidem es/ et plusꝙ insanus. et vere dementia hec proditor pessime tibi accidit: quoniam in vera intentione officium in quo commissus es/ non exerces. et amodo vide ne hec aut alia michi loquare: quoniã propter magnū dedecus quod domino meo regi/ et michi/ et toti progeniei tue intulisti/ te cogã turpissima morte perire. Et quadam die cū scutifer ille regi/ et regine vinum funderet: rogauit regem regina/ vt quereret ab illo scutifero qua intentione seruiebat ei. hoc autem quesiuit rex ab eo: qui respondit intentionem suam esse quo posset ipse/ inde melius valere. Regina rogauit regē vt illum de curia sua expelleret: quia non erat ei honor armigerū tenere ab intentione officij sui deiectū/ et qui dominū suum principaliter propter bonitatē/ magnitudinem/ potestatem/ et honorem dominij sui non diligeret. Rex autem cum esset multum sapiens/ et multum vxorem suam diligeret: expulit illum seruum nequã a curia sua/ condescendens voluntati regine. bene namq; cognoscebat quia regina verum dixerat.

De fide: Cap. XXI.

Questio Laus

Laude quesiuit eremita: quid est fides: que respondit dicens: fides est id

a per quod homo credit vera sine experientia/ et argumēto necessitatis. hãc siquidem fidem (ait laus) habuit beatissima dei mater in maiori magnitudine bonitatis/ perseuerantie/ potestatis/ virtutis/ et amoris: ꝙ aliqua alia creatura pura. quoniam ceteras creaturas excessit fide: cum gabriel archangelus dixit ei/ filius dei tecum est/ paratus ex te humanã sumere naturam. et quoniam ipsa beata credidit eis que dicta sunt ei a domino per angelum: sumpsit filius dei carnem/ et ex ea naturam induit humanam. quam non induisset nisi ipsa virgo benedicta credidisset. Hoc opus diuine nature et humane in vtero ipsius virginis gloriose excellentius est/ et nobilius: quod deus agere possit in creatura/ et creatura sustinere. quare secundum magnitudinem/ et vtilitatem huius operis: oportuit fidem ipsius virginis magne excellentie/ et vtilitatis summe fuisse/ vt huius sacre incarnationis opus/ et deuota fides virginis gloriose/ conquiescerent in bonitate/ magnitudine/ virtute/ et sanctitate. vnde nemo narrare posset magnitudinem fidei/ qua gloriosissima virgo maria predita fuit in die anūciationis sue. In die vero sacratissime passionis domini ihesu christi: habuit virgo maria mater eius/ totam fidem nostram suo sacro pectori inclusam/ quoniam in ipsa sola remansit. et in virtute sue fidei tota fides nostra extitit restaurata. quoniam mirabantur apostoli super hijs que tunc fiebãt: quomodo poterat hoc esse vt filius virginis deus esset/ et moreretur. Itaq; dubitauerūt/ et pro illa dubitatiōe omnes ipso relicto fugerunt: nisi solus beatus euãgelista iohãnes/ qui associauit ipsam mestissimã dei matrē/ flentē/ et plangētē. Ipsa vero piissima mater in nullo penit⁹ dubitauit: imo veraciter credebat filiū suū verū deū et hominē esse. Magna ergo fuit fides eius: cū ipsa cruciata/ tristis/ dolens et desolata pre morte dilectissimi filij sui (quē sine culpa torqueri crudeliter/ et occidi conspiciebat) in nichilo fidē suã violauit. et ꝙto maiorem fidē habebat: tãto maiorē dolorē/ et angustiã sētiebat/ cū aspiciebat filiū suū i cruce mori pēdētē. Eius igitur fides/ et pena: in magnitudine sibi inuicē correspōdebãt. et quē nemo penã et dolorē eius (que ipsa sentiebat) estimare potest: magnã quidē fidē illius quã habuit/ nemo

potest enarrare. In ipsa beatissima dei matre: fundatum est fidei catholice funda-
mētum/et omnes articuli/et sacramēta que credimus. de fundamento sue fidei pro-
cesserunt: atqꝫ de virtute/et sanctitate eius habent virtutem/ꝛ sanctitatem articuli/
et sacramēta in fide cuiuslibet credentis in fide christiana. Cū igitur virtus/et san-
ctitas ipsius dei genitricis sint tante/vt ipse habeāt virtutes et sacramēta in nobis/
et nos in illis/et tot sint christiani: quis estimare potest magnitudinem fidei glorio-
se virginis domine nostre? Ipsa quidem fides eius: fuit ipsa/vnde progresse sunt
cetere fides/sicut aque progrediūtur a mari. et ad fidem eius reuertitur fides cuius-
libet credentis: sicut omnes aque fluētes ad mare reuertūtur/vnde sunt orte. Quis
igitur narrare potest fidem eius dum in mundo superfuit? et quis meditari potest
virtutem quam nobis dimisit? Solum etiam virtutem fidei sacramenti altaris: ne-
mo meditari potest. hec autem virtus radicem sumpsit/et fundamentum in fide hu-
ius beatissime domine nostre. Qui enim possit attingere quanta virtus est de pa-
ne fieri carnem/et de vino sanguinem absqꝫ corruptione panis et vini? pane et vi-
no perdentibus sua esse ipso transubstātiatis in veram carnem/et verum sanguinē
domini nostri ihesu christi. hoc siquidem sine corruptione habet fieri: quia ipsa cō-
uersio fit in momento sine successione/ad significandum quomodo illa caro et ille
sanguis de virgine quam carnem et quem sanguinem filius dei se induit/transiuit
in corpus humanum domini ihesu christi absqꝫ corruptione virginitatis matris
eius. benedicta sit igitur (ait laus) deuotissima fides huius beatissime genitricis:
que in altario sacrificium dimisit tam pulchram similitudinem de seipsa. O q̄ feli-
ces qui similitudinem fidei sacratissime virginis in ipso sacrificio considerare sciūt
et amare. Quid dicam vobis (ait laus) de mirabili fide eius? Deus enim filius suꝰ
voluit fidem matris sue esse maiorem: in maiori placito/ꝛ in maiori labore. In ma-
iori quidem placito: in anunciatione sua cōsensit se concepturam sancto spiritu ob-
umbrata. In maiori vero labore: in die mortis filij sui preciosi. et tunc oportuit eā
maiorem habere fidem quam habere potuerit. hec autem fuerunt ratio et ordina-
tio maioritatis fidei eius. et hoc etiam vt sacerdos ea hora qua conficit consideret
in ipso sacrificio hec: scilicet tria iam predicta. Questio. Laus (ait eremita)
duo homines diuersis intentionibus diligebant sanctam fidem catholicam. Alter Questio
quidem eorum diligebat eam: vt crederet eam. alter vero desiderabat eam intelli-
gere vt amaret eam. vnde questio est: vter eorum maiorem habebat zelum fidei.
nam ille qui amabat eam vt crederet eam: amabat eam propter credere/vt meri-
tum inde haberet/timens si ex ea quicqꝫ via intellectus inquireret/ne contra fidem
in errorem labi posset. Alter vero desiderabat se fidei cognitionem habere: vt ipsi-
us cognitionem infidelibus manifestaret. et iterum si contra fidem in aliquibus
contingeret aliquando illum temptari: vt posset tentationem via intellectus supe-
rare/ita vt ipsa tentatio in errorem eum suppeditare non posset. In quadam ci-
uitate (ait intentio) duo homines diu vixerant in mundanis vanitatibus. gratia Intentio
vero dei penituerunt de peccatis suis: et fuerunt multum amici/diligentes deum
et beatissimam eius matrē. Quotidie colloquebantur adinuicē de deo et eius ge-
nitrice: et excogitauerūt quomodo possent eos laudare/et eis seruire/et fidē catho-
licā exaltare. alius quidē eoꝝ diligebat fidē credulitate: alter vero diligebat eā sciē-
tia. Ideo vterqꝫ eoꝝ proponebat honorare fidē: scd̄m modū quē habebat. Et factū
est vt ābelloꝝ vxores morerenť. et postea ille (q̄ diligebat fidē credulitate) ꝑman-
sit diu castꝰ: verūtā illi placebat semetipsū honorari/et esse potētē/ꝛ libēter dimitas

aggerebat. Et accidit eum sepe numero de luxuria tētari. Demū aūt duxit vxorem de qua filios genuit/et reuersus est in mundanam seruitutem/ex qua post mortem prime vxoris euaserat si voluisset. Alter vero (qui fidē sciētia dilexit) nō duxit vxorem: nec in mundanā seruitutem reuersus est. et cum accidebat eum de luxuria vel alijs peccatis tentari recurrebat/ad fidem quā amabat/cuius honorē desiderabat/et ad quam honorandā/et multiplicādā totis viribus satagebat. et quoniā in amore quem erga fidem gerebat/veram habebat intētionem: intentio recta qua fidem amabat/iuuabat eum quascunqꝫ vincere tentationes. quia nolebat agere cōtrariū eius quod plus diligebat. Sed quia alter dilexit fidē intentione merti sui/ nō autē intentione bonitatis/virtutis/et magnitudinis fidei: idcirco intentio fidei recta nō potuit ei ferre auxiliū. quare necesse fuit vt rueret in luxurie sordem. qui dū reuersus esset in mundum manens cū vxore sua et filijs suis abundans in temporalibus prosperitatibus/pertesū est eū vxoris sue/ꝛ fastidium cepit eū multiplicare et tunc et conseruare bona que possidebat. et cum affligeretur senectute/ et laborib' quos sustinebat sequendo mundū: tūc ab vxore/ ꝛ ab omnibus predictis desiderauit absolui. Cunqꝫ sic desiderando consideraret: cecidit in desideriū fidei/et voluit recurrere ad amorē quem erga fidem gerere solitus erat/vt ipse fidei amor aduersus tētationē mūdi adiuuaret eum. Sed quoniam non diligebat fidem intētione prima sed secūda: fides non potuit eum iuuare. sed cecidit in errorē: et in tantum euasit incredulus/vt dimittēs vxorem suam/et filios suos profugerit ī terram sarracenoꝝ:

Oratio

vbi peruersus tenuit sarracenicā sectam per omnia tempora vite sue. Orare voluit oratio beatissimam dei matrem sub fidei ratione. ꝛ dixit hoc modo. Virgo prudentissima: fides est lumē voluntatis precedens lumē intellectus/ vt volūtas diligat vera/ intellectu supponente illa per fidē. vt suppositione facta: scrutetur necessarijs rationibus vera/et inuentis veris sit intellectus lumē volūtati ad diligendū illa ꝗ intelligit intellect'. nā ꝗto magis intellect' intelligit ea vera in bonitate/magnitudine/sanctitate/et virtute: plus ea demōstrat volūtati/ et ad diligēdū ea pluo claritans ei ministrat. Et quoniā in credere et intelligere sunt duo lumina (vt dictū est) se adinuicem illuminātia: oro te suppliciter domina clarissima/ vt in mūdo multiplices hec duo lumina. quoniam eis plurimū indigemus. plures enim sunt homines in mundo qui hec duo lumina nō sentiūt/ existētes in tenebris: ꝗ ij qui senn āt illa deambulātes in claritate. Et quoniā ita est regina pijssima vt tot sint homines sine fide qui ignoranter in penas corruūt infernales: placeat tibi sanctissima vt sint in mundo viri predictis duobus luminibu o illustrati atqꝫ illuminati per totum orbem deambulante o/illuminando et monstrando sancte romane fidei veritatem.

Domina clemens ꝛ benigna lux et fons vere venie: cum christiani disputāt cū iudeis/sarracenis/et paganis illi infideles nō habēt lumen fidei. quoniam cum nō sint in fide: non possunt habere lumē fidei per se ipsos. Idcirco lumen fidei non potest illuminare lumen intellectus eorū: neqꝫ christiani cū illis disputātes possunt illud dare illis. quoniā fidem nemo dare potest: nisi filius tuus/ꝛ tu que es arca fidei. Idcirco non possunt intelligere intellectus lumine nostre fidei veritatem: sed confestim cum in aliquo de fide disputatur cū illis/ilico supponūt impossibile esse vt fides nostra vera sit. hoc autem fit quoniam odiunt illā: nollentes eā esse verā. quare supplico tibi regina pijssima totis virib' meis (si vnꝗ egerim aut dixerim quid ꝗ tibi gratū) annue michi id premiū scilicet vt infideles sic illumines fide/quo possint eam habere ad te cognoscendum/et amandū. et concede tuā gratiā christianis

vt tuũ amorem dulcissimũ sentientes iter arripiant ad predicandã ꝛ monstrandam sanctam fidem catholicam. vt quotquot sunt hoĩes in orbe: vnũ solũ habeãt deũ / ꝛ dominũ filiũ tuũ / et te dominã et reginã vniuersorum / sub vna fide sãctissima iesu christi. et desita modo infelicitas: quoniã nimia hominũ multitudo deuoluta est in ignem eternũ. et nichilominus quotidie ruunt in infernũ: sicut flumina non cessantia nocte / dieq; ad mare fluere. Et mirũ est qm̃ ex quo mũdus extitit conditus: non cessauerũt homines ad penas ire perẽnes. et tñ quasi nemo nũc pro eoꝝ salutatione laborat. vnde tristis sum valde / et turbata nunq̃ cõsolationẽ inuentura / donec sup hac re videã remediũ adhiberi tue misericordie. Regina sanctissima duo thesauri sunt in sancta ecclesia: quos ad exaltationẽ sancte fidei remanere peto. horum quidem alius est de bonis temporalibus: quorũ ecclesia abũdãtiã magnam habet. qui scilicet thesaurus datus est ecclesie ad fidei ꝯseruationẽ: et ad recuperãdũ sepulchrũ christi saluatoris nostri / ꝛ terras quas ꝑdidit ecclesia. Ex isto siquidẽ thesauro quero decimas semper ãnuati: de quibus prouideantur militares copie aduersus inimicos sãcte fidei christiane / et de quibus extruãtur monastheria / in quibus istituantur diuersis idiomatibus atq; linguis / illi qui per mũdũ fidẽ desiderãt seminare. Alius vero thesaurus sunt viri sapiẽtes et deuoti qui multi sunt: affectãtes p mũdũ inter ĩfideles euãgelia predicare si idiomata cognoscerent ꝛ mitterentur. hos siquidẽ duos thesauros oro a te michi concedi. nec eos abneges michi oro: quia sic fierẽ valde desolata. hos reuera duos thesauros non dedit fili9 tuus frustra: nec eos vult esse ociosos. dic ergo michi o domina: est ne q̃cq̃ aliud faciẽdũ in quo ecclesia hos thesauros melius possit applicare / q̃ in hoc cuius grana dati sunt? est ne quicq̃ melius q̃ mori pro fide / ꝛ exponere corpus / diuitias / honores / ꝛ seipsum pro fidei honore et multiplicatione? Nõne satius esset edificare monastheria et ã iuuentute in eis quosdam in diuersis idiomatibus / et scientijs enutrire et sanctam fidem instar martyrum predicando ad pie mortis amorem inducere: q̃ emere castella / agros / vineas / domos / pulchros equos fratribus / nepotibus / et alijs parentele assumb9. Sarraceni quidem (licet homines sint sine fide) tamen anticinos nutriunt a iuuẽtute: qui postea per mundũ ad occidendos reges et magnos proceres ad honorãdam suam sectam / et ad inhonorandam legem christianam mittuntur. heu regina charissima non facias me super ijs amplius languere: sed consentias petitioni mee. scias vtiq; quoniã de thesauro sancte ecclesie non sũ cõtenta: non enĩ michi (vt decet) distributus videtur / quandoquidẽ non reducitur ad intentionẽ quia datus est. amare plorauit oratio / deprecans beatissimã reginã celi: vt si in aliquo quod dixerat errasset / dimitteretur ei. quoniam veritas et superabundãtia cordis: sic eã loqui pre nimio affectu multiplicationis et exaltationis fidei christiane compulerant.

Questio. Oratio (dixit eremita) duo sancti viri valde diligebant fidem / vehementer desiderãtes eius exaltationem / et honorem. Illorum quidem alius manebat in quodam monastherio quod etiam incolebant multi sancti viri. hic autem frequenter stabat in orationibus / fletibus / et ieiunijs: vt deus gratiam influeret in mundum per quam exaltaretur fides / et amaretur / et honoraretur amplius ab eis qui in ea et p eã a deo sunt honorati. Alius vero per diuersas terras proficiscebatur: hinc inde discensis isto ꝛ illio / vt honorarent et multiplicarent fidem christi. et profectus est ad infideles: ad fidem ostendendam. demũ propter ipsam fidem mori desiderauit: et deus sua gratia suũ adimpleuit desideriũ. nam ad honorandã et multiplicandam fidem martyr effectus est. vnde questio est quis illorum potius fidem Questio

Intentio amauit. Narrauit intentio dicens. Calipha de baldach sarracenus scripsit ad papā quandā epistolam: in qua cōtinebatur sectā sarracenicā armis corporalibus et vi gladij et armoꝝ multiplicatam / et se mirari valde cur papa et reges christiani vellent / et putarēt fidē christianā ferreis armis esse multiplicandā. quoniam hec nō sunt arma: quibus romana fides inceperit. Ipsa etenim incepit armis fidei cū predicatione / et martyrio: prout in apostoloꝝ actibus recitatur. vnde sciant christiani (ait intentio) quoniam donec reuertatur intentio que solebat esse ad exaltandā et honorandā fidē: nūq̄ poterit āpliari. quoniā abest intētio: per cuius absentiā fides in extranea intētione radicari nō potest / que scilicet extranea intētio nō est de principijs / neq̄ de natura predicte vere intentionis.

De spe. Cap. XXII

Questio I Aus (ait eremita) quid est spes? que respondit dicens: spes est desideriū habēdi futura amabilia / que aliquibus similitudinibus haberi posse videntur. et quoniam ipsa beata virgo dei mater / est spes iustoꝝ et peccatorum: laudemꝰ eam de spe hoc modo.

Laus De pāno misericordie et pietatis (ait laus) fecit sibi beata virgo maria dn̄a nostra / tunicā / suptunicale / chlamydem / velum et coronā: vt peccatores eā aspiciāt sub habitu misericordie / et pietatis. tunica significat cōtritionē / supertunicale cōfessionē / chlamys satisfactionē / velum veniā / et coronā donū glorie. Et ideo cū peccatores sic eā aspiciūt / recipiētes significationem habitus eius: ipsa spem venie / et muneris eis mittit. nā sicut sol claritatē suam influit: sic et multo melius etiam influit ipsa spem peccatoribus / cum eā aspiciunt sub habitu misericordie / et pietatis. sed sicut sol eis qui carēt oculis claritatem suam influere non potest: sic ipsa similiter spem non potest transmittere illis / qui non respiciunt eam sub habitu misericordie / et pietatis. et qui non cōsiderant significationē tunice / supertunicalis / chlamydis / veli / et corone / quibus ipsa se insignit / vt peccatores eā aspicere possint / et ipsa illis pcere / ꝛ largiri. Cū peccatorē penitet peccatorum mittēs beatissime matri misericordie suū recolere / intelligere / et amare: ipsa mittit ei spem qua induit ipsum recolere / intelligere / et amare / que ipse misit ad eā. Si etiam peccator mittat ei suū recolere / intelligere / et amare cū modica bonitate / magnitudine / perseuerātia / potestate / et reliquis: ipsa trāsmittit ei spem cū magnitudine bonitatis / perseuerātie / potestatis / sanctitatis / et amoris. Si autē peccatorem non peniteat male cōmissoꝝ et mittat ei suū recolere / et intelligere: ipsa transmittit ei contritionē / et timorē quibus velit recolere et intelligere illius et propter participationem quam recolere / et intelligere habent cum amore / et quam contritio et timor habent cū ipso amore: crescit amare in peccatore / quo diligit ipsam matrem amoris. et tūc ipsa induit recolere ipsius / intelligere / etiam et amare spe: et ad confessionem et satisfationem eum inducit. vnde adueniet illi venia / et tandem coronaꝰ ne. Si autem peccator desperet quia multa et maxima cōmisit peccata / sed tamen recolat / intelligat / et diligat reginam gratie: statim ipsa spem ei transmittit. peccator enim inq̄tum desperat / tangit iusticiam dei que punit peccatores: sed inq̄tum cum suo recolere / intelligere / et amare tangit gratie matrem / tangit quidem misericordiam et pietatem quibus ipsa est induta. et misericordia / et pietas concordant iusticie: et sic conuertitur peccator a desperatione in spē / qui recolit / intelligit / et diligit ipsam misericordie / et pietatis matrem. quare iuxta hoc nullus peccator periclitari potest: si velit eam recolere / intelligere / et amare. quoniam statim induit eum spe: et ex quo induit eum spe / tendit cum eo / et facit precem illius permanere.

Gloriosa virgo dei mater spes est viduarũ/orphanorum/et militũ prelĩantium
in bello/et nautarũ in tempestate maris nauigantiũ/ꝛ eorũ qui offendũtur iniquo
iudicio/et qui infamis et testimonio falso grauãtur/et desolatarũ matrũ cũ filij inĩ-
mãtur/et coniugatarũ cũ peruersos habent viros/et pauperũ eius amore mẽdicã-
tium. pauperes enim quia sperãt in ea: petunt a diuitibus elemosynas eius amore.
cum autem diuites illi denegant quicꝗ dare: tũc pauperes cõfidũt in ea. plus enim
diligũt esse pauperes spe vtẽtes: ꝗ̃ diuites sine spe. quoniã necꝗ castra/necꝗ vrbes/
et penitus nulle diuitie tẽporales eque possũt et valẽt ꝗ̃tũ deuota spes. Ideo pla-
cet ipsi gloriose virgini matri dei/aliquos viros et mulieres eã diligẽtes: bonorũ
tẽporaliũ affligi paupertate. quoniã multo melius est cõfidere in deo/et in eius glo
riosa matre/et in virtutibus: ꝗ̃ in pecunia/possessionib⁹/et ceteris rebus mũdiali-
bus. Et ratio hui⁹ prõpta est: quoniã plus est bonitatis/perseuerantie/ potestatis/
sãctitatis/virtutis/et amoris in cõfidẽtia dei et gloriose virginis matris: ꝗ̃ i cõfidẽ-
tia pecunie/possessionũ/armoꝝ/amicoꝝ/iuuẽtutis/cẽsus/et aliorũ huiusmodi/i q-
bus hoies mũdani in necessitatibus suis cõfidũt. vnde placet aliquotiẽs deo et ge-
nitrici ei⁹ beate/hoies aliquos idigere reb⁹ mũdanis: vt i ipso deo/ ꝛ gloriosa ma-
tre sua ꝑ spẽ cõfidãt. Questio. Laus (ait eremita) duo fratres diligebãt beatã dei Questio
genitricẽ. Illoꝝ q̃dẽ alter oĩb⁹ diuitijs mũdi renũciauit amore beate virginis glo-
riose/et hostiati ei⁹ amore mẽdicabat: alter vero bonis hui⁹ mũdi abũdabat/ex qb⁹
elemosynã quibuscũꝗ petẽtib⁹ amore beate matris dei marie erogabat. vnde q̃stio
est: quis illorũ pl⁹ dilexit beatã mariã dñam nostrã. Recitauit intẽtio dicẽs: qui- Intentio
dã prelatus diu tenuit iniuriose quoddã castellũ: qd per magnã potestatẽ suã a quo-
dã milite abstulerat. Quadã vero die miles ille eq̃tãs/solitarius et inermis accessit
ad ciuitatẽm in qua prelatus ille morabatur. et incomitatus venit in presentiam eius
prelati humilius quo potuit: vt prelatus super eum pietate moueretur. atꝗ ait ipsi
prelato. Dñe diu bellũ aduersũ te gessi: vt vi armorũ tibi dãna iferrẽ/ et recuperarẽ
arcẽ quã michi iniuria abstulisti. sed quia video vim armorũ michi contra tuam po-
tentiam nichil valere: ad arma spiritualia recurro/inuocans pietatẽ tuam vt michi
castrũ restituatur. et confido in officio quo prelatus es solũmodo. hoc audito prela-
tus conuocauit consiliũ capituli sui/sciscitatus ab eis vtrum redderet illi castrũ aut
non. Omnes autẽ conuenerunt vt restitueretur illi: quoniam repetere illud armis/
quibus nec prelatus ipse/nec suum consiliũ poterat resistere. Sed priusꝗ̃ restitue-
retur/quidam de eorum collegio dixit: domine si restituatur militi castrum/accide-
re poterit/vt ille cum suo castro (cum forte sit) nobis aliquo tempore multa dãna in-
ferat. et forte de illato sibi damno a nobis: nitetur vltionem repetere. quare non vi-
detur esse tutum vt arx illa restituatur eidem. et satius est/vt ipse solus damnũ susti-
neat ꝗ̃ nos omnes damnificemur in ipso. his igitur intellectis prelatus et sui/intẽ-
tionẽ suã mutauerunt: et vnanimiter cõcordarũt/vt militi castrum nõ restitueretur.
sed quidam alius de eodẽ collegio bonus et sancte vite dixit ea que sequuntur. do-
mine miles: iste/castrũ suũ repetit secũdũ intẽtionẽ qua tu es prelat⁹ requirens a
te ius suum cum humilitate/bonitate/et iusticia: vtẽs in omnibus istis spe. hec au-
tem omnia cõcordant bonitati/magnitudini/et potestati dei/ꝛ gloriose matris ei⁹:
et tu quidem domine et nos omnes sumus intẽtione honorãdi bonitatem/ magni-
tudinem/et potestatem dei/ꝛ gloriose matris eius/seruientes eis. quare de restitu-
tione non possumus excusari. Et si seruiẽdo et honorando ista predicta dei et beate
matris eius/et si te/et nobis existẽtibus in intentione tui officij et nostri ꝓsecutionẽ

patimur/seruiendo et honorando deum et beatam matrem eius: spem habeamus in deo patiẽtes/si pro cõmissis nostris nos velit ipse punire. Multum placuerunt hec verba prelato et suo capitulo que dixerat ille homo bonus/et tũc prelatus vocauit militẽ et dixit ei. Domine miles/spes tua nos superauit: quoniã vteris intentione tali/que intẽtionem nostram superauit/et tua humilitas superbiã nostram et auariciam subiugauit: quibus diu detinuimus castrum tuũ. Spes ergo tua spẽ nostram deuicit: qua detinuimus castrum. vnde penitus reddimus tibi: licet possibile sit te velle de nobis vlcisci/postq̃ castrum tuũ recuperaueris. magnũ enim dãnum si volueris potes inferre hominibus nostris. Verũtamen speramus in deo quoniã nos adiuuabit. parati enim sumus dãnum in patiẽtia sustinere. quia nõ sumus hic vt spẽ habeamus in viribus fustis/et ferri: sed penitus cõfidim⁹ in fortitudine dei/et virtutum/acquirere amorẽ tuũ. Et si tibi dãnũ intulim⁹ parce nobis: et ego et capitulum meum hic a te veniã petimus. tu autẽ parce nobis: quia sic speram⁹. valde placuerunt militi ea que dixit prelatus/et dixit: superata est fortitudo mea corporalis/a fortitudine spirituali. et bona fide promitto/quoniã nunq̃ de dãnis michi a te et tuis illatis vindictã procurabo. sed potius de illo castro et de alijs castris que possideo: presto sum tibi et tuis per oĩa tẽpora vite mee seruire. Miles igitur ille recuperato castro suo: vixit diu in magno amore prelati et capituli. Et accidit quadã die vt alius miles iniuriatus esset prelato et capitulo/vnũ eoꝝ cõcanonicum iniuste interficiendo. tunc miles ille (cui prelatus et capitulum castrum reddiderãt) contra illum qui canonicum occiderat/bellum suscepit: donec illũ interficeret/et ab eo vnũ

Oratio de melioribus eius castris que possideret auferret. Orauit oratio beatissimã dei genitricẽ sub forma spei hunc in modum. O domina gloriosissima spes vite: ratio/et natura requirit vt ea que sunt modica in bonitate/et magnitudine/pseuerantia/potestate/sanctitate/virtute/et amore spẽ habeant in suis necessitatibus in ijs que sunt magna et nobilia in bonitate/magnitudine/pseuerãtia/potestate/sanctitate/virtute/et amore. et quoniã in te est maxima magnitudo bonitatis/magnitudinis/et potestatis et in peccatoribus modica: oportet eos in suis necessitatibus/tribulationib⁹/et indigẽtijs spem in te habere. quoniã ex bonitate modica sunt ipsi egentes laborib⁹/et piculis alligati. tu autẽ propter tuã maximã bonitatẽ pmanes in abũdantia leticie/glorie/et securitatis. quare oportet eos in te sperare/et te hec illis largiri que sperant ex te obtinere. Cum ergo magnitudo tue bonitatis/perseuerãtie/et potestatis/sit eis signum vt cõsequãtur ea que de te sperant: placeat tibi sanctissima domina vt nõ desis illi similitudini quã illis de tua spe largiris: sed perfice illoꝝ spem sicut significat similitudo tue bonitatis/et reliquoꝝ. Regina venie peccatores per me te deprecãtur: vt concedas eis magna munera/magne vtilitatis. spe veniã et indulgẽtiam a te petunt: que est spes eoꝝ. Quid ergo facies: nõ ne parces eis et cõcedes munera? vtiq̃ sic. nam aliter iniuriareris/et eoꝝ et tue spei. nã ex quo veniãs te petunt/ipsimet cõfitentur se peccasse: cõfitentes autem veritatem/iuste sunt tue spei heredes/que est ad parcendum. tu autẽ nemini potes iniuriari: ergo te decet parcere omnibus ijs qui ius habẽt in te sperãdi. ecce igitur quoniã ratione et natura/oportet te parcere illis: nunquid de muneribus que a te petũt/ipsa eis largieris? Certe nisi illa cõcesseris eis: iniuriaberis nature magnitudinis tue/bonitatis/et potestatis: cui oĩno conuenit largiri/saltem illa modica in bonitate que petunt sibi necessaria. Etiã tu domina iniuriaberis eoꝝ spei: quã habẽt in te. similiter et paruitati bonitatis eorũ: cuius nature est requirere oĩa necessaria sua a magni-

tudine tue bonitatis. Nōne gramina cū arescūt: pluuiā naturaliter requirūt ex nu=
bibus: et nōne pluuia in nubibus naturaliter requirit descendere ad gramina nu=
trienda: et quoniā hec se inuicē naturaliter requirūt: oportet vt natura vtriusq̧ ope=
rationē faciat esse. quare videt̄ michi (vt que potes) cōcedere debeas eis q̄ petunt a
te. et sup his nichil de iure/ nichil de ratiōe habes vnde valeas excusari. Regina
clemēs (inquit oratio) permittamus nūc peccatores: bene quidē cū eis conciliabere
tādē/ ad finē q̧ cōcedes ea que petūt: ex quo in te ꝯfidūt. Sed quid ages michi: que
in te speraui petēs vt michi cōcedas: ad te recolendū/ intelligēdū/ et amandū/ et ho=
norādū/ et ad seruiēdū tibi. z non ad aliquid aliud pricipaliter mitti in mūdū hoīes
magne sanctitatis/ virtutis/ bonitatis/ sapientie/ et amoris: curātes oīno de tuo et
filij tui amore. cōcedes eos michi: an nō: cōfesti eos a te peto. quoniā magnā illoꝝ
indigētiā patitur mūdus/ iam diu plurimū q̧ tēporis est. multi autē sunt illi quos a
te peto: magnus etenim mūdus est. vnde necesse est eos tot esse: vt vbiq̧ per mūdū
diffūdātur. Istos quidē a te peto sēp ī mūdo permanere: videlicet vt quando eorū
morietur vnus mittas pro illo aliū/ aut duos/ siue plures. nā q̄to plures erūt: tanto
magis valebūt. Cōcede ergo michi regina potētissima/ hos quos a te peto: q: spe
postulo illos/ et maxime ad honorē et seruitiū filij tui/ et tuū. Nūc ergo videbit̄ que
nostrū maiori spe vtetur: aut tu concedēdo michi eos quos a te peto/ aut ego que p
oīa tēpora vite mee/ illos optinere sperabo intentione tue reuerentie et honoris.

Questio. Oratio (inquit eremita) due domine q̄tū poterant conabātur: vt viā Questio
inuenirēt qua beatā mariā dei matrē possent amare. alia autē illarū sperabat in ipsa
dei matre: intētione diligēdi ipsā. spes enī naturā habet et proprietatē: vt amari fa=
ciat id/ per qd̄ spatur res desiderata haberi. Altera vero timebat beatā mariā offen=
dere: vt eā amaret. q: timor ordinat⁹ naturā et ꝓprietatē habet: qua acquirit̄ amor.
vnde questio est: que illarū meliorē sibi sūpsit viā/ acquirēdi amorē beatissime ma=
rie domine nostre dei matris. Ait intentio. quidā rex multos habebat inimicos ex= Intentio
traneos et domesticos. q̄uis ipse rex nullo tempore cōmisisset aduersus eos quicq̄:
vnde sui hostes esse deberēt. Quadā die cōsiderauit rex quo pacto ipse multos ha=
beret inimicos: et incepit timere ne seipsū et terrā suā perderet. cū ipse neq̧ potesta=
tē/ neq̧ sapiētiā sibi adesse sentiret/ qua posset illis resistere. vnde rogauit reginā ex=
cellētie/ potestatis/ et sapientie: vt ostenderet ei viā qua posset ab hostib⁹ suis defē=
di. Cūq̧ sic oraret z cōsideraret: volūtatē habuit diligendi spē penitus extūc/ et esse
filius spei. et q̄tū potuit conatus est spē habere in deo/ et in eius gloriosa genitrice:
et etiā in virtute spei/ et aliarū virtutū. vnde cū bella/ labores/ et aduersitates īgru=
erēt/ et quo vtendū esset cōsilio nesciret: recurrebat ad spē. spe autē quā habebat in
deo/ z in eius beata matre/ z in virtutibus superabat inimicos suos: z demū vtilita=
tē magnā optinuit/ z honorē. quoniā spes cōsolabatur z cōseruabat eū: atq̧ dirige=
bat eū in cūctis operationibus suis. Cū autē sic in hac felicitate diu māsisset quā spe
acquisierat: accidit vt ceciderit in peccatū mortale/ q̄m ignorauit semetipsum obli=
uiscens intētionē qua spē obtinuerat. nec ea bona que propter spem ei aduenerant
agnoscebat: vnde spes ab illo recessit. Cum autem rex eam cupiebat habere: spes
reuertebatur in ipsum/ āmonens illum vt a peccato exiret. Et cū rex non obediret
illi: spes iterum ab eo fugiebat. Itaq̧ rex existens in peccato quotidie cogebat ab=
ire spē/ et redire: et intantū vt quadam die spes valde vexata totiens eundo redeū=
doq̧/ dixerit illi se hoc amplius pati non posse. z si semel eam oporteret extunc rur=
sus abire: non amplius redituram in eum. sed potius quedam spes illi vanissima

adueniret: cum qua ipsa spes in eadem persona manere nō posset. Rex itaq₃ valde super his sermonib⁹ spei pertimuit: et derelicto peccato reuersa sunt timor/ et amicitia/ que rex et spes adinuicem habere solebant.

De sufficientia. Cap. XXIII

Questio
Laus

e Remita quesiuit a laude/ quid est sufficientia? que respondit dicens: sufficientia est mensuratio/ et coequans affectus earum rerū: quibus potest quilibet se tenere contentum. Et quoniā beata dei genitrix est sufficientie mater de sufficiētia (dixit laus) eā laudemus hoc modo. Cū beata virgo maria p gabrielem archāgelum nunciantē/ de sancto spiritu concepisset filium dei: tūc sufficientie fuit plena. quoniā totus affectus earū rerū quas desiderabat: mēsurat⁹ fuit et coequatus de bonitate/ magnitudine/ perseuerātia/ potestate/ sapientia/ amore/ virtute/ veritate/ gloria/ gratia/ sanctitate/ iusticia/ et reliquis que cōueniūt ei. hec ergo oīa sic mēsurata/ et coequata fuerūt in recolere/ intelligere/ et amare ipsius: vt ipsa contēta fuerit oībus ijs que ad bonitatē/ magnitudinē/ et reliqua principia ptinent. Radix autē et fundamētum sufficiētie sue descendit ex opere trinitatis diuine: vbi est pelagus immensum bonitatis/ magnitudinis/ eternitatis/ et potestatis/ que deo cōueniūt. Ita vt persona patris/ et persona filij habeāt imēsum opus bonitatis/ magnitudinis/ et potestatis in sancto spiritu: in quo ipsoꝝ op⁹/ et amor toto cōpletur. in figura quidē/ hui⁹ operis imēsi habuit ipsa virgo dei genitrix sufficientiā cū recepit filiū dei: ita vt omniū fuerit plenissime contēta/ adeo vt ipsa nec in se/ nec in re alia habuerit bonitatis/ magnitudinis/ et potestatis defectū. Cū ergo figurā sufficiētie ipsius sacratissime virginis matris/ oporteat correspondere perfectioni supreme: quis est (inquit laus) qui maximā ei⁹ sufficiētiā valebit explicare?

In beatissima virgine maria fuit factus homo deus: in quo contēte fuerunt oēs bonitates/ et magnitudines/ et potestates que sunt/ aut esse possunt in creaturis. nā humanitas dn̄i ihesu christi: est finis/ et cōplemētū omniū creaturarū. et oīs bonitas/ magnitudo/ et potestas que est in creatura: tota correspōdet bonitati/ magnitudini/ et potestati humanitatis dn̄i nostri iesu christi. in ista enim humanitate contenta est humanitas omniū/ que deus creauit. quoniā oīa creauit ad gloriā/ et honorē huius preciose humanitatis. Cū igitur hec humanitas tā bona/ tā magna/ tā sancta tātā habeat sufficiētiā bonitatis/ magnitudinis/ et potestatis vt a nemine in mūdo tota possit cōsiderari/ atq₃ estimari: quis est qui maximā sufficientiā gloriose virginis matris eiusdē/ estimare possit? In gloriosa virgine matre est sufficiētia bonitatis: quia tantū est in ea bonitatis q̄ntū valet. hoc idē est de sufficiētia magnitudinis/ potestatis/ et reliquoꝝ. similiter et in magnitudine eius est sufficiētia bonitatis/ pseuerātie: et in eius bonitate sufficiētia magnitudinis/ pseuerātie/ et potestatis: ita vt tātū sit huius in illa q̄ntū decet/ et ecōuerso. et sicut est intra eius substātiā: ita est extra. vnde sequitur vt in ea mēsuratus sit affectus omniū rerū. et ita cū ipsa esset in mūdo paup/ in paupertate pariēs filiū suū/ in paupertate hic viuēs: tota illa sua paupertate/ et oībus que filius suus ministrabat illi contēta fuit. quia ipsi sufficiebat eam esse dei matrē/ bonā/ et magnā in virtutibus/ et virginitate. et ↄtenta erat omnib⁹ ijs que filio suo de ipsa agere placebat. Sciebat etenī quia si filio suo placuisset: de bonis tēporalibus plus dedisset illi/ q̄ dederat: nolebat enī quicq̄ nisi qđ filius suus volebat. Quid autem dicam vltra de sufficiētia eius? tāta siquidem est in ea/ et tanta decet eā: vt eius sufficiētia sit fons/ flumen/ et mare omnibus sufficientijs.

Questio

Questio. Laus (ait eremita) quedā regina et quedā alia mulier que paup erat:

orabāt beatā dei matrē vt faceret eas abūdātes virtute sufficiētie. multū enim desi-
derabāt in oībus sufficientiā habere. vnde questio est: que illarū beatissime regine
celi/ magis gratiosam fundebat orationē. Narrauit intētio dicēs: quidā pīceps Intentio
trāsfretauit ī terrā sanctā vltra mare: vt illic p oīa tēpora vite sue deo seruiret in ar-
mis. Ille duos milites secū duxit/ quoꝝ alter secutus est eū vt seruiēdo illi seruiret
deo. alter vero secutus est eū: quia paup erat in bonis tēporalib⁹. et ideo sequebat
illum principem: vt honorifice posset in mundo viuere. Ille qui seruiebat principi
intentione dei: contētus erat omnibus ijs que princeps ei ministrabat/ siue essent
multa/ siue pauca. Alter vero opposito se habebat modo. quoniā qn̄tū cūq̧ pulchra
vestimēta/ et dona arma/ et bonū equū princeps illi ministraret: nō ibat contētus.
quadā autē die cum princeps ille cum his duobus militibus/ bellum aduersus ini-
micos fidei adorsus fuisset: placuit deo vt princeps ille pugnando moreretur/ pp-
ter eius amorem. cūq̧ miles ille qui mūdanū desiderabat honorē/ vidisset dominū
suū in bello cecidisse: fugit de prelio. Alius vero qui intētione diuini seruitij/ seruie-
bat domino suo: cum videret eū occisum timuit/ et tentatus est/ cum socio suo fuge-
re. quoniā monebat eum: vt ambo simul/ vnaq̧ fugerēt. Sed recordat⁹ est intētio-
nis qua diu seruierat domino suo: tenuit se cōtētum ex officio militie/ quod est mi-
litem debere mori/ cum necesse est propter iusticiā fouēdā/ et propter honorificatio-
nem dei/ et domini sui terreni. et vertit equū celeri cursu in hostes fidei: et occidēdo
multos pariter occisus est propter deum. Considerauit oratio circa virtutē suf- Oratio
ficientie: et recordata est q̄ modicum sufficiētia diligitur in mundo/ et q̄ modicum
viuūt contenti homines de ijs que gratia dei largitur eis. Et in animū venit ei/ vt
orare desineret beatam dei matrem: sed in ifortuniū suū fineret currere mundū. nō
tamen ausa est officium suū pretermittere: quia homines publico voto elegerunt
eam ad orandam beatam dei matrem. quoniam etiam si pretermitteret illud: time-
bat et puniri. et ideo conuersa est ad beatam mariam secundum hoos sermones: di-
cens. Regina dulcissima (dixit oratio) valde tristis sum et anxia: quoniam homi-
nes in mundo tam parum sufficiētiam amant. tantum enim eis largitur filius tu⁹/
et tantum eis largitus est: vt ipsi homines deberēt viuere contēti. filius quidē tu⁹
donauit eis esse quod ipsi non habebant: videlicet humanum esse/ quod est nobili⁹
esse creatum/ quod esse possit post angelicum esse. Etiā filius tuus creauit eis aures
ad audiendum/ oculos ad vidēdum/ os ad bonos sermones enūciandum/ manus
ad agendum bona opera/ pedes ad perambulādum vias rectas/ memoriam ad re-
colendum/ intellectum ad intelligendum/ et voluntatem ad amādum. Iterum eis
largitus est filius tuus bestias terre/ volatilia/ et pisces/ et cunctas plantas/ et om-
nia: de quibus vitam foueant corporalem/ atq̧ cetera eis necessaria. et maxime in-
uitat eos/ et rogat vt veniant ad gloriā sempiternā. et (quod summū est) filius tuus
cum sit deus: naturā assumpsit humanā. vt cū eis: in similitudine participet et na-
tura. et de his omnib⁹ nulla est sue ingratitudini sufficiētia: sed adhuc si possent ad
amplius habēdum inhiarent. quare nescio (deus nouit) quid pro eis orem: quādo
filius tuus plus largiatur eis q̄ vlla exigant merita/ et pl⁹ q̄ scirēt vnq̄/ et possent
regratiari. Verūtamen cum pro eis sim ad orādum addicta/ necesse est me orare te:
vt tu pro pietate tua cōcedas eis sufficiētiā/ cū sis sufficiētie mater. et cū necessaria
sit eis sufficiētia: vt se contētos gerant ijs oībus que filius tu⁹ eis largiri dignatur.
Regina pijssima/ peccatores multū indigent sufficiētia in comedendo/ bibēdo/
vestiendo/ lucrando/ loquendo/ castitatem habēdo et mundi honorē: in sustinendo

fã nẽ/sitim/calorẽ/frigus/et paupertatẽ/et huiusmodi reliqua: que cõueniũt suffi-
ciẽtie. heu dña pi̾ssima/ peccatores in oibus his sufficiẽtiã haberẽt: si in anima cu-
iuslibet esset iustus/equatus/et mẽsuratus affectus bonitatis/magnitudinis/pse-
uerãtie/ꝛ potestatis. intra quidẽ animã sufficientiã existere oportet: per tẽperatũ et
sufficiẽs desideriũ que trãsmittat inde similitudinẽ suã ad exteriora ꝑ tẽperatum et
mẽsuratũ recolere/intelligere/et amare trãsitoriũ. Tu aũt cum sis sufficiẽtie mater:
placeat tibi cõcedere/sufficiẽtie gratiã peccatoribus in aĩabus eoꝝ. ita vt in animã
cuiuslibet tãtũ influas bonitatis/magnitudinis/pseuerantie/et potestatis: vt se sa-
ciatos/cotentosq; sentiãt. similiter et tantum magnitudinis/bonitatis/et reliquoꝝ.
Quis aũt filius tu⁹ cõcedat viris ꝛ mulieribus pulchritudinẽ/diuitias/et felicita-
tes/honores/filios/et filias/et reliqua similia huiusmodi: nichil satis erit eis/nisi in
aĩabus eoꝝ etiã sufficiẽtiã esse cõcedas. imo q̃to plures largitur eis tẽporales ꝓs-
peritates/nisi etiã largiatur ad intra sufficiẽtiã aĩabus: tãto minus se fatebũtur cõ-
tẽtos/ex quo deficit sufficiẽtia adintra. vnde miror cur fili⁹ tu⁹ cõcedit eis tãtũ eoꝝ
que modicũ valẽt: nec ea placet illis largiri que multũ prestãt. ꝛ quare tu ad hoc nõ
interpellas eũ? Cur ꝓ hoc me facis orare: ꝓ quib⁹ orare tu teneris? Maria san-
ctissima/virgo regina: nũq̃ erit cõtẽtũ recolere/intelligere/ꝛ amore alicui⁹: si in eo
sit magna q̃titas bonitatis/et modica q̃titas sanctitatis/iusticie/virtutis/et reli-
quoꝝ. aut si in eo est magna q̃titas potestatis/et pseuerãtie: et modica q̃titas bo-
nitatis/et amoris. hoc enim habet esse: quia deficit equalitas bonitatis/magnitu-
dinis/ꝛ ceteroꝝ. vnde sufficiẽtia formari nõ potest/nec imprimi: quoniã in inequa-
litate radicari nõ potest. quid ergo prodest filiũ/ꝓspera mũdi dare hoibus sufficiẽ-
tiã nõ habẽtibus? ꝑfecto maius infert eis malũ q̃ bonũ. Dic ergo gloriosa dña: si
vir aut mulier intro animã sufficiẽtiã haberet: posset ne habere inexplebilitatẽ et
insufficiẽtiã ꝑ aliquo exteriori/esto q̃ sup abũdaret exterius vel nimiũ indigeret?
Ponat aliquis homo esse adeo paup vt nõ possit ãplius paup esse/et eger egritu-
dine magna/qui etiã ex maximis honoribus et diuitijs decidit in magnã vilitatẽ/
et pauptatẽ: habebit ne ille in suo recolere/intelligere/ et amare pfectionẽ oĩm reꝝ:
si solũ sufficiẽtiã habuerit? nũq̃d satis est illi recolere/intelligere/ꝛ amare filiũ tuũ:
qui habet suũ esse qḋ pire nõ potest/qḋ cogi nõ potest/qḋ falli nõ potest/ꝛ qḋ est cũ
omni pfectione sufficiẽtissimũ/ et sanctoꝝ omniũ sacietas/et sufficientia/sciens oẽs
illos qui amore sui labores/et psecutiones patiũtur? nũquid etiã sufficit illi recole-
re/intelligere/et diligere summe et esse ipriuabile/et indeficiẽs quoad animã quod
habere nõ solebat/cum nichil esset: similiter et vitã eternam que nunq̃ deficiet illi?
Quid dicã per singula? ausa quidẽ sum protestari: quoniã vn⁹ solus pauper suffi-
cientiã habẽs intra se/sicut ille quẽmodo finxim⁹ plus sine cõparatione valet oib⁹
diuitib⁹ mundi sine sufficiẽtia manẽtib⁹. imo q̃to plus habẽt: tãto deteriores sunt/
minusq; valẽt. Det ergo filius tu⁹ hoib⁹ sufficiẽtiã/aut trãsmittat. Itaq; cũ reb⁹ vel
etiã sine rebus nichil prestãtibus/faciet hoies esse contẽtos. Miseri autẽ homines
mundi sufficientiã nõ habẽtes: sufficientiã inuenire putãt congregãdo/ et ample-
ctendo pecunias/possessiones/amicos/et honores. Demũ oũt/ quia sufficiẽtia ca-
rent: quãto plura ex his cõgerunt et cõgregãt in maiorẽ labuntur insacietatem. et
ita semper egentes: in presenti vita remanent/ꝛ futura. Questio. Oratio (dixit
eremita) due domine sufficientiam diligebant: et sufficientia multũ abundabant.
quelibet autem illaꝝ q̃tum poterat sufficiẽtiã suam conseruabat: ista vero spe con-
seruabat eam/illa vero temperãtia deffendebat eam. queritur que illarum potius

Questio

sufficientiā suā cōseruabat. Alt intentio: quedā domina sufficientiā habebat in castitate/ nō autē in abstinētia et sobrietate. nam interdū in cibo et potu sufficientie et honestatis mēsurā excedebat. Et ecce quadam die quia nimiū comederat: vētris torminibus torquebatur. cūqꝫ ꝯsideraret vētris sui dolorē: recordata est/ quia quotiēs luxuria tētaret eā/ superabat tētationē ipsā per sufficiētiā. cū aūt gula tentabat eam: nō superabat eādē per sufficiētiam. quare plurimū mirabatur/ que causa esse poterat/ vt per vnam virtutem vnum vicium superaret: et per aliam virtutem non poterat aliud vicium superare. sic igitur ipsa considerante: animaduertit quoniam cum per luxuriam tentatur/ tunc in suo recolere/ intelligere/ et amare opponit vehementius castitatem contra luxuriam/ q̄ gustus temperantiam contra gulam cū tentatur vltra mensuram manducare ꝛ bibere. et idcirco intentio qua recolebat/ intelligebat/ et diligebat castitatem: maiorem habebat virtutem contra luxuriam/ q̄ intentio quam habebat recolendo/ intelligendo/ et diligendo gustus temperātiam contra gulā. postea vero quotiēs ipsa tētaret̄ supflue aut mādūcare/ aut bibere: recolebat/ intelligebat/ et diligebat temperantiam in magnitudine bonitatis/ perseuerantie/ et potestatis. vnde vincebat tentationē: et temperātiā lucrabatur. Quadam vero die vicina sua ad eam accessit postulās consiliū: quomodo sufficiētiam in vestimētis suis haberet. desiderabat enī humili veste incedere induta. sed hoc apud semetipsam perficere non poterat: quoniam illi pulchra ferre vestimenta placebat. hec autē bona domina interrogauit eam/ qua intētione diligebat sufficientiam humilium vestimentorum: et qua intentione delectabatur pulchra ferre vestimenta. que respondit dicens se desiderare humilia vestimenta: quia vir suus diuitias tantas non habebat/ que diu sufficere suis speciosis vestimentis comparandis possēt. ex altera vero parte se cogi speciosis vti vestimentis dicebat: ne homines paupertatem sui viri perciperent/ si ipsa ferret humilia vestimenta. hec autem cuiꝰ consilium petebatur/ cum has duas intentiones ꝑcepisset/ interrogauit eā: que potior erat aut paupertas cum humilitate/ aut paupertas cum superbia? at illa respondit dicēs: paupertas cum humilitate bona est/ paupertas vero cum superbia mala. verum est (inquit illa que interrogauerat eam) et iuxta consilium meum mutes amica mea intētiones ī tuo recolere/ intelligere/ et amare: sic vt illa intētio qua desideras humilia portare vestimēta dominetur in tuo recolere/ intelligere/ et amare/ sed intentio qua diligis ornari speciosis vestimentis famuletur in recolere/ intelligere/ et amare. Itaqꝫ sufficientiam et humilitatem obtinebis: et superbiam et insufficientiam superabis.

De pacientia. Cap. XXIIII

Questio

q Uesiuit a laude eremita: quid est patientia? que respondit dicens: patientia est serenato animo dura ꝛ aduersa/ sine animi perturbatione et ira perferre. Et quia regina virtutum/ domina etiam est patientie: de patientia igitur eam laudemus hoc modo. In ipso die sacratissime passionis domini ihesu christi/ habuit ipsa pijssima mater eius maiorem patiētiam q̄ aliqua creatura possit habere excepto filio suo: qui maiorem tunc habuit patientiam/ et passionem cum flagellaretur/ et immolaretur in cruce q̄ omnes homines presentes/ preteriti/ et futuri possent vnq̄ tolerare. quoniam carni sue nulla conueniebat passio: cum ipsa esset expers omnis culpe. ꝛ maxime cum natura diuinitatis filij dei/ sibi assumpsisset illam carnem: que scilicet caro in q̄tum ipsi inexistebat/ in tantum scd̄m suā ꝓprietatem distabat a passione. quoniam in tantum prope deitatē collocata iacebat:

Laus

in qua nullā passionem poterat sustinere. sed quoniam filius desiderabat honorifi-
care patrē ex illa carne quā sibi assumpserat/ vt humanitas illa tota subderetur ad
honorandam deitatem/ et vt etiam genus humanū ab eterna morte redimeretur:
voluit ideo secundū carnē/ passionē sustinere. quā scilicet passionē tantā esse opor-
tuit: vt maxime iusticie/ et honori qui deo patri cōuenit in recreando genus huma-
num corresponderet. vnde nemo cogitare potest/ neq3 lingua alicui⁹ enarrare pas-
sionem domini nostri ihesu christi: quā ea die qua in cruce occubuit/ ipse autor vite
pro nobis pertulit. quotquot derisiones/ quotquot opprobria/ quotquot vitupe-
ria illi intulerūt iudei/ cetera q3 inenarrabilia: hec oīa patiēter sustinuit sine ira qua-
cūq3/ et sine animi perturbatione/ vt nos patientie virtutem instrueret. Secūdum
enim magnitudinem pene illius: oportuit eius patientiam esse magnam. Corres-
pondebat siquidem hec patiētia et hec pena: pene et dolori piissime matris eius/ ita
vt passio passioni et dolor dolori corresponderent. patientia quidem domini ihesu
christi/ et patientia beatissime eius matris adinuicem correspondebant: quoniam
oportuit ipsam matrem super omnes matres passionē habere/ et dolorem de filio.
nec mirum: sed hoc/ cū patientia videlicet sine motu/ et cordis perturbatione. opor-
tuit enim vt sui preciosissimi filij mors/ eidem placeret: vt ipsa in animo suo tran-
quillitatem habens/ patiētie virtutem optineret. Iterum quia sciebat filio suo suā
mortem placere/ et eundem oportere pati pro omnibus/ dolores ferendo: oporte-
bat eam eidem complacere/ q̄muis super omnes maternas naturas esset ei dolorosa
et terribilis mors dilectissimi filij sui. vnde nec mens cogitare/ nec os enūciare va-
let magnitudinē patientie huius ineffabilis matris: videlicet magnitudinē passio-
nis eius/ cū magnitudine tranquillitatis animi/ sine ꝑturbatione irrationali et pec-
cato mortali aut veniali. Beatissima dei mater magnitudinem patiētie que ipsi
cōpetit habuisse nō posset: nisi bonitas eius ꝑ suā magnitudinē/ ꝑseuerantiā/ pote-
statē/ et reliquis diffunderetur/ et nisi magnitudo eius ꝑ suā bonitatē/ ꝑseuerantiā/
et potestatē extēderetur. Ita vt natura et proprietas cuiuslibet principiorū eius li-
garetur cū alia: alia quidē existēte in alia/ ita vt alia alij nō abesset. Sed quoniā ipsa
erat in sua aīa bonitate/ magnitudine/ et potestate munita: idcirco aspiciēdo filij sui
in cruce acerbā mortē potuit ipsa passionē quā inde cōcepit sustinere/ habēs in aīo
suo patiētiā sine ira/ et inique volūtate. Itaq3 sua passio et animi eius trāquillitas
adinuicē correspōdebāt: inq̄tū tota bonitas/ magnitudo/ ꝑseuerantia/ potestas/ et
amor: intra animā eius poterāt sibi inuicē correspondere. Idcirco inflicta ab extra
passio: et ab intra pax animi cū patiētia ꝑmanebāt. Ait etiā lauus: quis est qui co-
gitare/ et narrare possit vituperiū et dedecus que in hoc mūdo inferūtur dn̄o ihesu
christo: quot sunt nūc hoīes in mūdo/ et quot fuerūt postq̄ ipse benedictus fruct⁹
virginis gloriose in cruce fuit appensus/ eū vituperātes: quot opprobria/ quot vi
tuperia/ et quot enormia intulerūt/ et ei diebus singulis inferūt: quia modicū reco-
lunt/ intelligunt/ et amant ipsum: et pro paruis rebus ꝛ vilibus nolūt recolere/ in-
telligere/ et amare ipsum/ nec illi seruire/ nec honorificare eū. neq3 de esse q̄d largit⁹
est illis/ neq3 de mūdanis prosꝑitatib⁹ quas quotidie illis multiplicat/ nec insuꝑ de
acerba morte quā ꝓ illis sustinuit q̄cq̄ curāt/ nec gratiā agūt. neq3 q̄d pessimū est:
se reputāt honoratos hoc ipso q̄ fili⁹ dei naturā illorū se induit/ volēs eē ver⁹ homo.
sed vehemēter magnitudine recolēdi/ ītelligēdi/ et amādi/ recolūt/ ītelligūt/ et amāt
vilia/ caduca/ corruptibilia/ viciosa īdigna amari/ ꝛ digna odiri. hec autē oīa susti-
nет in patiētia gloriosus fili⁹ v̄ginis: sēꝑ pac. ꝛ trāq̄llitatē aī retinēs: ꝛ nichilomin⁹

largitur omnibus plantis/et bestijs/τ volatilibus pluuiā celi/vt homines inde vi-
uant. Cum ergo patientia domini ihesu christi tanta sit: oportet patientiam
beatissime matris eius esse valde magnam/cum videat filium suū tam paruum ama-
ri/et tam modice in mūdo honorari ab eis: qui propter filiū suum/ atq͡ propter ip-
sam tantum honorati sunt. et tātam oportet patientiam eius esse: vt correspondeat
patientie filij eius. quare neq͡ dicere/neq͡ cogitare possū magnitudinem patientie
gloriose virginis matris domini ihesu christi ait laus: vnde vi cōpulsā desinere me
oportet/patiētiā eius laudare. Questio. Laus (inquit eremita) in quadā ciuita- Questio
te erat quidā mercator filium vnū habens/quē valde diligebat: obijt autem merca-
tor ille. et mater educauit suum filium in bonis moribus q̄optime potuit/ remanēs
vidua post viri sui obitum. cum autē filius ille peruenisset ad eā etatē/qua poterat vti
officio mercature: rogauit suam matrem vt in aliquā regionem eum causa mercādi
proficisci sineret. illa autē honesta domina diligebat vehemēter filiū suū cū vnicus
esset illi/nec speraret vlterius se aliquē habiturā: τ timuit ne filius in via forte more-
ret. vnde rogauit eū/ne relinqueret eam: quoniā maius gaudium et cōsolatio quā
haberet/erat vidēdo ipsum/et participando cum ipso. filius penitus secundum su-
um propositū proficisci voluit/et demū profectus est: secum asportās quasi totā pe-
cuniā hereditariā. qui in itinere fuit a latronibus occisus: et bonis suis oībus spo-
liatus est. Rumor autē venit ad matrē: q͡ filius eius occisus esset/et oīb⁹ bonis que
asportauerat spoliat⁹. hec aūt mirabiliter cōturbata: et dolore et ira mota fuit/τ hoc
adeo vt de patiētia nichil retinuerit. vnde nec quisq͡ eā de morte filij sui cū bonorū
omissione potuit consolari. questio igitur est: vtrū illa plus in perdendo filio suo cū
pecunia perdiderit: q̄ perdēdo patiētiā quā potuit/et tamē habere noluit. Re- Intentio
tulit intentio dicēs: quedam domina erat casta/multos habēs probos mores/atta-
mē erat iracunda. cū autē irascebatur: neq͡ vir eius/neq͡ aliquis in domo illa pote-
rat pacē et trāquillitatē habere/sed oēs exponebat labori et pene. ita vt vir ei⁹ et re-
liqui de domo illa: frequēter inciderēt in irā et impatiētiā. vnde vehemēs erat perturbatio
in domo illa. manēte vero sic illa dn̄a cū viro suo/τ cū familia dom⁹ in illo labore: ac-
cidit quadam die vt superueniret rumor cuidā mercatori vicino illius domine/filiū
eius in quadā naui (que perierat) mortuū esse: ita vt mercator ille perdiderit et filiū/et
oēs suas opes/quas in naue illa fortune cōmiserat. Cūq͡ hic audisset mortē filij sui:
leuauit oculos suos et manus suas in celum dicens. tu domine mi deus qui donasti
michi filiū/et merces que secū erant/benedictus sis in eternū: quia de ipso et de bo-
nis que secum erant compleuisti voluntatem tuam. Ille siquidē laudans/et bene-
dicēs deū patiētiā optinuit: habēs in aīo suo pacē τ trāquillitatē. valde mirata fuit
predicta domina super patiētia mercatoris hui⁹: et quesiuit ab eo quomodo posset
tantam habere patiētiam. qui respondit ei dicēs: se hāc patientiam super morte filij
sui/et bonorū amissione habere: q͡ semper dilexerat eā ad seruiēdum/honorādum/
et amandum deum. Et quoniam hec erat intentio qua diligebat eo: idcirco virtus
huius vere intentionis contulerat ei patientie virtutem. redijt autē hec domina in
domū suam et intrans culinā/probare voluit vtrū satis salis in cibarijs pro ipsis p-
diendis esset appositū. inuenitq͡ ea de manu ancille nimis salia/et more solito mo-
ta est ira. et pre ira nimia ollā cibariorū perfregit: et atrociter verberauit āncillā. cū aūt
vir eius expectaret cibū suū paratū: nō habuit qd̄ mādicaret. Incepitq͡ redargu-
ere vxorē suā dicēs: tu ēā difficile habere posse patiētiā si perderes ita filiū quēadmo-
dū et mercator ille/cū ipsa de modico sale in ollā abūdāti⁹ fuso nō potuerit patiētiā

habere. tūc illa valde ꝯsiderauit sermones viri sui: et recolēs magnā patiētiā mer-
catoris (qui filiū suū et bona sua pro maiori pte ꝑdiderat) statuit apud semetipsam
se a modo seruaturā patientiā. quam ↄ nō haberet: ut semetipsa impatiens esset/et
sei psam coargueret et detestaretur. tūc ipsa perrexit ad mercatorē illū/filiū patien-
tie: et rogauit eum vt consuleret ei quo pacto patiētiam habere posset. Mercator
autē ille respondit dicens: quoniā patientia habetur diligēdo deū super oīa/et di-
ligēdo oīa intētione seruiēdi deo/et honorādi et amādi ipsum. vnde cū pro aliqui-
bus contingit iram haberi: quando contrarietas tangit hominē vt moueatur ad
iram. tunc ille cum concordantia debet tāgere cōtrarietatem/et adiuuare concor-
dantiā cū magnitudine bonitatis/perseuerātie/potestatis/sapiētie/amoris/virtu-
tis/sanctitatis/humilitatis/et iusticie. Itaqꝫ cōcordantia vincit cōtrarietatē: et sup-
uenit patiētia vincēs impatiētiā. valde placuit dūe doctrina/quā dedit illi mercā-
tor sup modo patiētiā obtinēdi: et cū ex aliquo postea cōtingebat sibi irasci: statim
loco cōtrarietatis opponebat cōcordantiā/et in ipsa concordātia bonitatē/ꝑseue-
rantiā/et reliqua. Itaqꝫ patientiā habuit: et in animo pacē/et trāquillitatē. deinde
fuit bona dña/et in fine vixitqꝫ diu cū patientia in felicitate. Orare voluit oratio
Oratio reginā patiētie dei matrē/vt mitteret in mūdū patientiā: ꝛ dixit ei. regina patiētie/
misericordie plena: maxima est indigētia patiētie in mūdo. In tantū nāqꝫ multipli-
cata est impatiētia: vt vix sit in aliquo patiētia. vnde tuā clemētiā inuoco vt ꝯtinē-
tiā mittas in mūdū: quoniā ipsa est vnū pricipioꝝ quibꝰ patiētia potest haberi. nā
cū accidit hoīes moueri ad irā et impatiētiā cōcurrētibus simul superbia/auaricia/
inuidia/accidia/ira/et iniuria/et ceteris principijs īpatiētie: tūc adest īpatiētia. nec
adesse potest patiētia: quia sua pricipia tardāt nimis: que sunt humilitas/largitas/
charitas/māsuetudo/iusticia/et reliqua. Sed si tūc mittere digneris ꝯtinētiam/ita
vt homo cōfestim cū mouetur ad irā/vel ad impatiētiā se cōtineat donec principia
et habitus patiētie supuenerint: tūc possidebitur patiētia. Sed nescio quod infor-
tuniū michi est/aut hoībꝰ īpatiētibus: qꝛ nulla est in mūdo cōtinētia. idcirco exule
a mūdo cōtinētia: cū irrepit ira et impatiētia/tūc recolere/intelligere/et odire con-
festim induūt impatiētie principia. nec possunt induere principia patiētie: quia nō
adest cōtinētia cū incipit impatiētia. Itaqꝫ recolere/intelligere/ꝛ amare: principia
patiētie induere nō possunt. Regina patiētissima: patiētia est id per qđ charitas
potest viuere/et ira mori. et īpatiētia est id ꝑ qđ potest charitas mori: et ira viuere.
et hoc idē est de ceteris virtutibꝰ: que cū patiētia viuūt/ꝛ cū impatiētia perimūtur.
et hoc habet esse/quia cū aduenit patiētia: cetere virtutes similitudinē eius induūt.
et per illā similitudinē induūt opus memorie/intellectus/et volūtatis. et tūc vicia
et impatiētia: in hoīe nullā habēt potestatē. sed cū aduenit impatiētia: tūc oīa vicia
similitudinē eius induūt/et colorātur ex ea/quēadmodū aqua in vino induit vini
colorē. Idcirco sequitur impatiētiā vicia cūcta. itaqꝫ tūc virtutes potestate carent
in opere memorie/intellectus/et volūtatis: quia iam colorātur/et cōprehēduntur
alia similitudine/sub alieno dominio cōsistēt eo. hoc autē dña pijssima nō est initū
faciēdū/dū modo influas similitudinē patiētie tue sup nos/cū magnitudine boni-
tatis/perseuerātie/potestatis/et amoris. vnde suppliciter īuoco misericordiā tuā:
vt de fonte patiētie qui in te est/mittere digneris sup nos abūdātiā patiētie. vt ho-
mines adinuicē habeāt inter se pacē/ꝛ trāquillitatē: et veniat mūdus in bonū statū
indutū patiētia/charitate/ꝛ amore. Scis enī regina/oēs ptes hoīs ī hoīe sub ip-
so esse passiuas: et ipse est sup eas actiuus. nā ipse mouet pedes suos ad āmbulandū/

et manus ad palpandū/et oculos suos ad videndū/ꝛ animā suam ad intelligēdum/ et sic de alijs partibus suis: veruntamen quelibet partium aut potētiarum (ex quibus homo cōpositus est/et vnitus) habet partem actiuam ꝛ partem passiuā. homo autem cum partibus actiuis mouet partes passiuas/ ad habendam passionē: sicut cū potentia motiua mouet potentiam mobilem/et cum potentia visiua visibilitatem ad aliquid videndum/et cū potentia amatiua amabilitatē ad aliquid amādū/ et hic quidem est naturalis motus/et naturalis operatio. vnde cū accidit i homine ira/et impatientia: tūc totus inclinatur ad subiectionem et passionē et in omnibus potentijs suis ligatur ad agendum et dicēdū malū et recolendū/intelligendū/et diligendū malum/quia totus in passione comprehēsus est/et ignorat quecūꝗ facit/ꝛ dicit. quare capi deberet et ligari tāꝗ insensatus: saxa in transeūtes intorquēs et lapides. Sed cum homo sub habitu patiētie consistit: tūc est liber secūdū naturam et vtitur libertate mouēdi pedē suū in viā rectā/et manū suā ad bona opera pagēda/et oculos suos ad vidēda honesta/et suum recolere/intelligere/et amare ad bona studiosa/et amabilia. Tu autē oīa potētissima cū modico patiētie posses sic homines reddere liberos/ad bona opera peragēda: sed sub habitu impotētie captos eos/et ligatos esse permittis. hoc autē non deberet de te videri regina mitis: quare oportet vt oppositum super ijs operis. ꝙ si non: totus mundus periclitatur a ꝓpria natura peruersus: neꝗ in eo esse videbitur dominꝰ aut domina/ qui vtilitatē curet illius. Questio. Oratio (dixit eremita) quidā scutifer prauo seruiebat domino: et quedam domicella praue domine. vterꝗ aūt illorum duorū orabat beatā dei matrem vt concederet ei patientiam. vnde questio est: quis illorum plus indigebat patientia. — Questio

Aut intentio. quidā rex in quodā festo beate dei matris marie tenuit celebre conuiuiū. et eadem die multos diuersorum ordinum/inuitauit religiosos/finito autem conuiuio inter cōfabulandū de sermone in sermonē procedēdo facta est dissensio inter duos illorum religiosorum/corā rege et baronibus eius. vterꝗ eui laudabat ordinē suū: et corū alter detrahebat ordini alterius. Alter vero excusabat ordinem suum: nec detrahebat ordini alterius. ille vero frater qui plus commendabat ordinem suum ꝗ ordinem alterius/ detrahens alterius ordini: erat impatiēs: et propter suam impatientiam in imprudentes sermones prorumpebat. Ille vero qui suum ordinem excusabat patiens erat ꝛ humilis in sermonibus; placens regi et omnibus circunstantibus. sed valde mirabatur rex in modo duorum illorum fratrum: considerās que poterat esse ratio/ quare illi tam contrarium modum haberent. et inquisiuit seorsum ab vtroꝗ eorꝝ qua ratione intrauerat religionem. sed primo loquutus est cum fratre impatiente: querens qua ratione intrasset religionē. qui respōdit: domine intētio qua religionē intraui est vt honorem habeā in mundo/quia nullos homines video tātum venerari a regibus et potentibꝰ ꝗtū religiosos. quoniā quilibet religiosus ꝗtūcūꝗ sit vilis generis/et paupis domꝰ: sedet et comedit ad mēsam regis. Miles autem aut ciuis ꝗtūcunꝗ sit nobilis: non audet sedere in eadē mēsa cū eo/nec in eadē sede. Iterū religiosus predicabit/ꝛ audietur a mille aut a decē millibus hominū/et quidquid illi placebit dicet: vnde his rationibus/et multis alijs que pruēt ad honorē/intraui religionē. quare oportet vt toto posse meo meū honorificem ordinem. et ideo valde turbatus fui: cum frater ille quē celsitudo tua hic videt presentem/ordinē suū ordini meo ꝯparare auderet. Cum autem rex hanc intentionem aduertisset: vocauit alium fratrem et secrete loquutus est cū illo/ querēs intētionem qua intrauerat religionē. Cui ille respondit — Intentio

dicens: dñe intraui religionẽ vt melius possim amare deũ/et seruire illi. quoniam michi sic apparet: ne possem eli⁹ seruire deo in ordine ꝙ̃ in mũdo/q̃ꝙ melius pos-sim assimilari dño ihesu christo in pauptate/humilitate/ et oratione in religione ꝙ̃ extra religionẽ. Multũ placuit regi ista responsio: quoniã cognouit id per qđ illoꝝ fratrũ alius patientiã/ et alter impatiẽtiam haberet. Et dixit fratri patienti/totum mundũ in perniciẽ tẽdere ꝑpter defectũ vere intẽtionis: quoniã quasi omnes ho-mines ignorant/quid est vera intẽtio. et ideo nesciunt vti virtutib⁹: nec possunt di-ligere intentionẽ/quã ignorant. tũc frater assensit ꝗs que rex dicebat esse vera: et lo-quutus est regi de intẽtione prima ꝛ secũda/et qualiter tractãda est nũc isto modo/ nũc illo. tantũꝙ loquut⁹ est regi de intẽtione: vt rex ꝑcepit eũ habere cognitionem virtutis vere intẽtionis/et quomodo intẽtio haberet aliã virtutẽ cũ esset prima/et quomodo aliã virtutẽ cũ esset secũda. Et ideo rex rogauit fratrẽ illũ. vt ꝑegrinaret per mũdũ predicãs et demõstrãs hoibus intẽtionẽ/et modũ quo ipsa sit vtendũ/et largiret ei et vni famulo expẽsas ad sufficientiã. frater autẽ cõsensit regi: facta sibi tamẽ potestate maioris sui. Rex vero potestatẽ maioris impetrauit illi: vt ꝑficisce-retur ꝑ mũdum/ scḋm modũ qui dictus est. Ille autẽ profectus est: predicans hinc inde de intentione/et plurima bona mundo intulit.

De pietate siue compassione. Cap. XXV

Questio — Laus (ait eremita) quid est pietas? que respõdit dicẽs: pietas et cõpassio

Laus — est id quod animo cõmiserationẽ infligit ꝛ dolorẽ: sup eũ qui in tribulatio-ne et indigentia iacet. Et quoniã beata dei mater plena est pietate: laude-mus eã de pietate hoc modo. In illo enim die quo ipsa benedicta dei mater vidit preciosum ei⁹ filiũ capi/flagellari/ clauis in cruce affigi/atq̃ꝫ mori: tãtũ habuit pie-tatis/doloris/et cõpassionis sup filiũ suũ/vt magnitudo pietatis ꝙ̃tũ potuit se ex-tẽderit in ea/in tãtũ vt magnitudo et potestas pietatis nõ potuerint vlteri⁹ extẽdi. imo quicquid potuerũt/egerũt ad multiplicãdã pietatẽ in ea: vt pre vehemẽti pie-tate maximã haberet passionẽ ꝛ dolorẽ/ quã magnitudo ꝛ potestas ĩ ea dare ꝛ mul-tiplicare potuere. hoc autẽ (inquit laus) oportuit esse scḋm naturã rationis. nã cũ dñs noster ihesus christ⁹ maximũ haberet dolorẽ/ et passionẽ que potuerit esse/et tantã insup cũ moriebat̃ vt magnitudo et potestas ãplius nõ possent sufferre: ideo oportuit vt dolor et passio matris eius correspõderet dolori/et passioni ipsius dñi et ihesu christi. vnde maximã pietatẽ que in matre poterat esse: oportuit pietatẽ ip-sius gloriose matris esse. hãc autẽ quã habuit in illa die dñice passionis: pre magni-tudine sua correspõdere oportet toti pietati quã ipsa beatissima mater habitura est vsq̃ꝫ in diẽ iudicij sup iustos/et peccatores qui pirent/nisi ipsa benedicta pietas ei⁹ eos sustineret. Cũ ergo hec excellẽtissima pietas eius/ ĩ tãtũ habeat correspõdere: nemo cogitare potest eius ineffabilẽ pietatẽ. Item cũ dñs noster ihesus christ⁹ pendẽs in cruce moreretur expiraret: beatissima mater eius dolorosa/stabat sub bra-chio filij sui vidẽs ex filio suo guttas sanguinis/ ꝛ aque multitudinẽ decurrere/ꝛ ꝑ mortis angustia riuos ab oculis eius fluere lachrimarũ. tunc doloris gladius vir-gineũ pectus ꝑtrãsiuit/ ꝛ penetrauit cor inuiolatũ ipsius pie virginis matris. nam ille gladius mouebat̃ a dolore et passione filij/et figebatur in cor matris dei: in tãtũ vt aqua toto de corpore virgineo diuine matris/ascẽderet in oculos eius/et fluerent in lachrimas/et in plãctus. Decessisset quoq̃ꝫ beata virgo mater pre nimio dolore/ defecisset et angustia: nisi cõplacẽtiã oblate in preciũ generis humani mortis filij sui/paterne iusticie obediẽtis sensisset. sciebat enĩ in animo suo: quia filio suo sic mori placeret/

qui nisi voluisset/nūq̄ȝ mori potuisset. mori autem volebat ad honorādā deitatem/
que tantū honorauerat eius humanitatē: et propter etiā humani generis recrea-
tionē. Et quoniā matri oportebat placere quecūq̄ȝ placebāt filio: oportuit etiam vt
mors preciosi filij sui eidem placeret. quia genus humanū recreabat: quod erat ipsi
beatissime matri valde placens/et gratū/cū sit sūme pia. Cum ergo tanta passio et
tātus dolor et tāta complacētia essent in ea/nec alterū illorum/ alterū minuebat (ip
sa cōplacentia tamē protegente ipsā: ne nimius dolor eā extingueret) quod et qua-
le igitur cor meditari potest/que lingua narrare pietatē: quā beatissima dei mater in
die passionis sui filij preciosi pertulit? Gloriosa dei mater cum sit in celo/tantam
habet super peccatores pietatē: quātā habuit cum esset in terra. tamē nullā ob hoc
habet passionē aut dolorē: quod est/quia tota eius bonitas/ magnitudo/ perseue-
rantia/potestas/et amor: gloria et sūmo gaudio cōprehēdūtur. Ista est ergo pietas
pietatū/sup omnes pietates/doloris et passionis libera: tanta existēs nūc/q̄nta fuit
cum ipsa piissima mater cōdoleret morti dilecti filij benedicti/et morti peccatoꝝ. nō
enim licet dici cū sit in celo/eā minui pietatē: quia sic minueretur vita peccatoꝝ in eā
confidentiū. eius nāq̄ȝ pietas sustinet vitā illorū: et ducit eos ad portum penitentie
et saluationis/in die mortis eorum. Quicunq̄ȝ ergo mirari voluerit: ad magnitu-
dinem tante pietatis accedat/et videat hec mirabilia pietatis matris domini ihesu
christi. Questio. Raus (ait eremita) quedam domina pietatem habebat de pi- Questio
etate beate matris domini/ quā habuit cū videret filiū suū in cruce morientē: et que-
dam alia domina vnicū filiū habebat quē valde diligebat/ cuius patrem occiderat
miles quidam. qui quidem miles vbi dominā offendit cum filio suo ad sacras edes
euntem beatā dei matrem oraturam/ vt cōseruaret ei filium suum/et eum ab illo mi-
lite defenderet/qui virum suum nimis iniuste peremerat: eius filium arripuit/et co-
ram matre ferro per pectusculū capulo tenus cribrato crudeliter interfecit. cū vero
mater sic filium perimi videret: maxima pietate super eū mota est. vnde questio est:
que illarum dominarum maiorem habuerit pietatem. Retulit intentio dicens. Intentio
Quedā domina valde diligebat beatā dei matrē. hec siquidē valde deuota multū
in oratione permanebat: vt magis eā amare posset. nā q̄nto magis eam orabat/tā-
to magis recolebat/et intelligebat eā: et quanto magis recolebat/et intelligebat eā/
tanto magis amabat. Ideo vt posset eā excellenter amare recolebat/et intelligebat
eam in oratione sua: et vt etiam posset eā valde recolere/et intelligere/ recolebat/
et intelligebat q̄m maxime poterat magnitudinē bonitatis/perseuerātie/potestatis/
sapientie/amoris/virtutis/sanctitatis/ veritatis/et iusticie beatissime regine pie-
tatis. et cum magnitudine qua recolebat/et intelligebat hec oīa: multiplicabatur et
augebatur ei beate virginis amor. Quadā die cum hec persisteret orans coram al-
tari/prospexit in crucem domini/et considerauit quomodo dominus noster ihesus
christus moriebatur in presentia matris sue: et quomodo mater eius toto corde flere
cogebatur/pre pietate dolorose mortis filij sui/et tūc illa pietatem de pietate matris
dei cōcepit. verūtamē non plorauit. vnde cognouit se nō cōcepisse inde magnam
pietatē: et cōsiderabat quid poterat eā ad flēdū impedire. Et recordata est quoniā
cū aspiceret crucē/meditaret̄ p vices ad filium suū/ qui in lōgīquas regiones per-
rexerat ad negociādū. Et tūc illa vt plorare posset/ imagiābat̄ corā se filiū suū capi/
ligari/ viuū excoriari clamantē ad eā fer pia mater opem: et tunc pre pietate filij sui
plorare cepit abūde. deinde conuertit se ad considerādā mortē domini ihesu christi:
pro qua diu plorauit/et etiā pro passione gloriose matris eius/ in se vehemētē inue-

nit pietatẽ. Et exinde consueta fuit plorare: et cũ nõ poterat/ mortẽ filij sui (vt dictũ
est) effingebat/ ⁊ tũc flebat amare. ⁊ ex illa ꝯfestim imaginatione cũ eisdẽ lachrimis/
se trãsferebat ad imaginandã passionem dñi ihesu christi/ ⁊ dolorẽ angustiferũ bea-
tissime eius matris: et sic illa ꝙtuncunqꝫ volebat/ ⁊ quotienscunqꝫ in lachrimas ir-
rũpebat. verũtamẽ nõ illo modo cõtẽta fuit plorare passionẽ dñi ihesu christi: quia
videbat̃ ei non se multũ diligere beatã dei matrẽ/ cũ ad plorãdum oporteret eã ma-
nu leuari ꝑ mortis filij sui imaginationẽ. ⁊ orauit eã vt cõcederet ei gratiã plorandi
propter eius amorẽ/ sine omni artificio: ⁊ cõcessit ei beata dei mater/ quia bona in-
Oratio tẽtione se iuuabat in oratione sua plorare quã illi faciebat. Orauit oratio beatã
mariã dicẽs: tu regina piissima cũ sis fons/ fluuius/ et mare pietatis: oro te propie-
tatis operibus. nã ex quo pietatẽ habes: opera quidẽ eius oportet te habere. Opus
quidẽ pietatis est: vt ores filiũ tuũ vt ipse pro sua pietate misereat̃ tot hominũ qui
ignorãter in ignẽ corruũt sempiternũ/ videlicet sarracenoꝝ/ iudeoꝝ/ tartaroꝝ/ ⁊ ce-
teroꝝ infideliũ. Oẽs autẽ isti fide indigẽt/ ⁊ sciẽtia/ ⁊ sapiẽtib⁹ christianis: qui fidei
christiane veritatẽ eis ostẽdãt. pro istis igit̃ pietatẽ tuã inuoco: vt nobis eos trans-
mittas. disperge sapiẽtes ꝑ orbẽ vniuersum: quia sic magnã caritatẽ nobis impen-
des. vide ⁊ cõsidera mitissima dña/ ꝙta est pietas ista. Sit quidã homo nudus/ ⁊ af-
flictus fame/ siti/ ⁊ frigore: iacẽs ad portã cuiusdã diuitis habẽtis in domo sua mul-
tos pãnos/ ⁊ multã pecuniã/ ⁊ epulas multas/ quãuis magna ẽ pietas sup pauperẽ
istũ: multo quidẽ maior est pietas o dña mea multos dare viros deuotos/ ⁊ sapiẽ-
tes in ecclesia dei: de quoꝝ sciẽtia ⁊ doctrina/ maxima infideliũ multitudo indiceret
lumen fidei/ ⁊ cognitionem dei omnipotentis/ ⁊ gloriose virginis matris eius. O
piissima regina miserere super his: mone sapientes christianos ad amorem/ ad de-
uotionem/ ⁊ pietatem. fluant per vniuersum orbem fructificãtes: ⁊ omnibus annũ-
cient filij tui/ ⁊ tuas honorificationes. O regina clemens/ multi sunt scismatici a
fide rhomana deiecti: videlicet greci/ armeni/ iacobite/ nestoriani/ georgiani: ⁊ cõ-
plures alij/ et quilibet illorum in via veritatis se esse credit. ⁊ si intelligeret a verita-
te se deuiare: in errore suo non remaneret. nũquid est hoc pium vt rhomana eccle-
sia tãtum populum perdiderit? hodierna enim die plures sunt scismatici/ ꝙ catho-
lici. placeat ergo tibi sanctissima domina pietatis caritate tua: vt moueas cor san-
ctissimi patris nostri pape/ ⁊ deuotorum cardinalium coadiutorum suoꝝ/ vt quid-
quid possint agãt ad recuperandos eos/ quos scismata a fide catholica diuiserũt.
quoniam si circa id bene cogitando laborare voluerint: magnũ poterunt adhibe-
re remedium. nunquid non est hec maxima pietas/ ⁊ dolor vehemens: quoniã scis-
matici te inuocant matrem pietatis/ ⁊ te amantes/ ⁊ te adorantes/ nichilominus ad
perpetuas penas descendunt? Audi regina potentissima/ tãtum inde desidero cla-
morem excitari ac oriri: vt per orbem audiatur vniuersum. hic oritur dolor meus:
tanta quidem agitor/ vnde tristitia vt quasi nolim esse creata. Ego autem ꝙdiu vi-
xero tristis ero/ et semper desolata: et nunꝙ aderit angustie mee remedium/ donec
appareat eos recuperandi remedium quos scismata ab apostolica fide/ ⁊ sede deti-
nent alienos/ ⁊ ministretur eis orthodoxe veritatis lumen. Nã si illos ecclesia rho-
mana recuperet: facile erit a solis ortu vsqꝫ ad occasum/ conuertere quascunqꝫ bar-
baras nationes. Gloriosa regina bonitatis/ multi sũt in lingua latina mali chri-
stiani: quorum malicia multo damnosior est/ ꝙ malicia gentium cuiuscũqꝫ barbare
nationis. Et tu pia domina habebis ne super his pietatem? Sanctitatis quidem
indigentiã patiuntur/ volutãtur in tribulationibus vicioꝝ/ ⁊ inde bellis ⁊ pugnis

affligitur/ quas exercēt atrociter in seipsos. Tu autē regina pietatis: quāto magis sunt viciosi/ tanto te piā magis ostendes si super illos tuos oculos iacias pietatis. Sed cū pietas tua tāta sit/ vt nequeat esse maior: ecce ergo homines maximos peccatores/ sup quos si tibi placuerit potes pietatē maximam exercere/ in tantū vt eos ad opera bona deducas. Tu autem superabundas pietate: ipsi vero egent virtutibus/ in tribulationibus quidem vexātur vicio4ū/ et nō est qui misereatur eorū. eia ergo tu fons pietatis: miserearis eorū. Non interest tua clemētissima virgo punire illos/ nec permittere in indigētia/ tribulatione/ et angustia: nō est enī tuū officiū iudicare/ sed potius parcere illis/ et pro iustis et peccatoribus orare. propterea deputata es esse ipsa que es: permitte ergo filium tuū iudicare et agere secundum beneplacitum volūtatis sue/ permitte sibi officiū suū. fuit oratio cōmota (et nisi timuisset beatam virginē mariam) in asperiores sermones prorupisset. Questio. Oratio (dixit eremita) q̄dā bona dn̄a cū viro suo/ et cū fratre suo/ et cū filio suo simul captiua ducta est a sarracenis: qui corā ipsa illos tres diris cruciatib⁹ sustulerūt. Illa vero cū quēlibet istoꝝ diligeret vehemēter: maximā de quolibet eorū passa est pietatē. vnde questio est: de quo illorū maiorē debuit habere pietatē. Sit intētio. q̄dā dn̄a magnā habebat pietatē ductā amore dn̄e nostre. Idcirco cū videbat pauperes/ aut aliquos tribulatos: mouebat̄ pietate/ ꝛ i elemosynis/ ꝛ i q̄buscū q̄ alijs poterat/ succurrebat eis libenter. et q̄to magis succurrerat eis: tanto magis crescebat in ea pietas. et q̄to maiorē experiebatur pietatē: tāto vehemētius diligebat beatissimā dei matrē. Quadā autē die hec bona domina: ꝯsiderabat in magnitudine pietatis quā ptulit ipsa beata dei mater/ cū fili⁹ ei⁹ de cruce pēdēs moriebatur. et ꝑpēdebat eā ꝓferre pietatē de filio suo/ cū videret illū morientē/ ꝛ similiter pietatē de semet ipsa: quia propter mortē filij sui maximū dolorē et angustiā sentiebat. dū hec itaq̄ considerabat/ quedā domicella eius dixit ei: domina ecce paratū est prādiū. et illa venit ꝛ sedit in mensa/ in qua vidit mapas pulchras/ et cyphos argenteos/ et multas escas optime paratas: et tūc ipsa cōcepit sibi paupertatis desideriū/ vt in paupertate similaretur beate gloriose dei matri/ sicut etiā ante voluit ei esse similis pietate. deinde cogitauit quomodo posset pietatē habere de seipsa: quoniā beata maria eā habuit de seipsa/ in die passionis dilectissimi filij sui. et tūc amore beate virginis marie ꝓposuit/ quecūq̄ sua dare pauperibus et egenis: vt tunc cum nichil haberet bonorum huius mundi/ posset de seipsa pietatem habere. et sicut proposuit: ita facto cōpleuit. et ibat per ciuitatē humiliter induta petens elemosynas hinc inde: sicut ceteri mendicātes. et cū habere nō poterat vnde sustentaretur: tunc de seipsa pietatē habebat. et suis diuitijs spiritualibus sustētabat passionem quā de mundi prosperitatibus ei dabat egestas. Itaq̄ diu vixit in ciuitate illa: et diuitibus et pauperib⁹ multa bona dedit exempla.

Questio

Intentio

De consolatione Cap. XXVI.

Laude quesiuit eremita: quid est cōsolatio? que respōdit dicēs: cōsolatio
a est id q̄d ꝑ aliquā satisfactionē grauamina ꝑpessis remediū āministrat. de cōsolatione igit̄ ꝯsolationis: reginā/ beatā dei matrē laudem⁹ hoc modo.

Questio

Laus

Beatissima dei genitrix: est iustoꝝ ꝛ peccatoꝝ ꝯsolatio in magnitudine bonitatis/ ꝑseuerātie/ ꝛ potestatis. aliquotiēs enī quidā hoies cōsolant̄ satisfactionibus modicis sibi factis: sed cōsolatio huius beatissime dn̄e nostre semꝑ est in magnis et nobilibus/ vnde cōsolationē eius magnā esse oportet. Cōsolatur enī iustos cū ob aliquas illis factas iniurias desolātur: videlicet cū aliquotiēs diuitias ꝑdunt/ aut

parentes/aut cum infirmātur/aut tribulātur. Ipsa siquidē consolatur eos ⁊ visitat:
cum bonitate/magnitudine/et perseuerantia/ virtutū. Sicut aliquotiens cōtingit
cum homo iustus desolatur: quia aliquis homo superbus illi cōuicia fecerit/aut de
suo quicꝫ sustulerit. tunc enim beata dei mater mittit ei patiētiam/ ⁊ humilitatem:
in recordationem passionis dilectissimi filij sui/et vituperationū ei illatarum in die
passionis eius. quoniam per iniuriā maximā magno in vituperio eum occiderunt
iudei/in cruce suspēdētes sine culpa ⁊ peccato: in cuius ore nō fuit dolus. ⁊ tunc cō-
solatur ex illa visitatione: quā beata cōsolationis mater/ in animā illiꝰ transfundit.
Tuncꝫ delectatur se humilē ⁊ patientē esse propter iusticiā: vt aliquā habeat simi-
litudinē domini ihesu christi/qui sūme patiēs fuit/ et humilis/ in die salutifere mor-
tis sue. Cum iustus perdit diuitias/aut parētes/ aut infirmatur/vel alias tribu-
latur: tunc gloriosa dei genitrix cōfestim scdm voluntatē filij sui cōsolatur eū. quia
transmittit ei recordationem qua perpendit deum velle cum iusticia/bonitate/ma-
gnitudine/eternitate/potestate/sapiētia/amore/ ⁊ virtute quidquid vult: ⁊ ideo cū
perdit diuitias/aut parētes/aut sanitatē/ ⁊ huiusmodi talia scit hoc accidere ex vo-
luntate dei que sup omnē humanā voluntatē dominat. Idcirco voluntas serui iu-
sti: cōsolatur in volūtate dñi iusti. Itaꝫ volūtas ipsiꝰ serui iusti: in volūtate sui iusti
dñi iustificatur. quapropter nascitur in voluntate ipsius serui iusti: spes/patiētia/ ⁊
amor/et virtus. vnde florescit cōsolatio cum obediētia ⁊ exultatione: ita vt nec tri-
stitia/nec desolatio dominari possint in voluntate eius/qui ab ipsa dei matre flagi-
tat in grauaminibus cōsolationem. imo plerūꝫ contingit/ vt cum iusti aliqua ꝓs-
pera mundi perdant: delectātur ea perdidisse/ pre magnitudine consolationis ⁊ le-
ticie que illis inde cōsurgit. et insuper illa in re: agnoscunt suam fragilitatē/ ⁊ infir-
mitatem/et modicum huius mundi valorem. Cum peccator pro aliquo delicto
suo desolatur/et recolit/ intelligit/et diligit beatissimā dei matrem: ita vt in suo re-
colere/intelligere/et diligere apponat bonitatem/magnitudinem/ perseuerātiam/
potestatem/sapientiā/amorem/ ⁊ virtutem ipsius gloriose: ipsa protinus cōsolatur
eum spe/ misericordia/ et venia. nam in spe illius: apponit ipsa similitudines illas
quas ipse apponit in sua memoria/intellectu/et voluntate cum recolit/intelligit/et
diligit eā sicut dictum est. Et quoniā ipsa mater misericordie induit magnitudine/
bonitate/perseuerātie/et potestatis/spē quā tribuit peccatori: oritur ex illa spe cō-
tritio/cōfessio/et satisfactio. ⁊ adest misericordia et venia ex ipsa beata dei matre: et
per cōsequēs cōsolatio qua consolatꝰ sit peccator in fletibus lachrimis/ suspirijs/ ⁊
penitētia: in quibus sunt amores/ cōplacentie/leticie/et virtutes peccatorē in statū
prosperū cōseruātes. vnde mirabili cōsolatōe cōsolat peccatores ipsa/que cōsola-
Questio tōis fons est et origo. Questio. Duo (ait eremita) due bone dñe petebāt a beata
maria dei matre ꝯsolari: qm̄ erāt afflicte valde/ ⁊ sine culpa aliqua. vna quidē illaꝝ
habebat virū malū/ ⁊ luxuriosum crudeliter eā tractātē/ ⁊ dicētem ei multa enormia
eamꝫ pro vilibus mulieribus deserētem. illa autē q̄ꝫtum poterat patiētiam cōser-
uabat. verūtamen de vicijs viri sui indoluit/formidans ne forte deus eū in delictis
suis puniret: ⁊ inualescebat dolor eius/ quia vicinia virum suū pro commissis eius
diffamaret. et quāuis circa hoc in suomet damno consolaretur: consolari tamē non
poterat in viri sui damno/ quia valde illum diligebat. Idcirco hec orabat q̄ꝫtum
poterat dei genitricem/vt sic consolaretur eam: vt vir eius fieret honestus/iniqui-
tates suas deserens. Altera vero similiter a viro suo luxurioso vexabatur/consimi-
li pene modo; sed illa ab eo prolem non susceperat. vnde precabatur beatam dei ge-

nutricem/ vt cõcederet ei ex viro suo aliquam pulchrã prolem: in qua cõsolaretur de
afflictionibus/ quas vir suus inferebat illi. Beatissima dei mater concessit cuilibet
illarũ id quod petebat. vnde questio est: quã istarũ maiori cõsolatione consolata est
beatissima dei mater. Narrauit intentio dicẽs: quidam mercator perdidit quid- Intentio
quid diuitiarũ habebat. hic autẽ habebat vxorẽ/ et filios/ et erat ex venerabilib⁹ pa-
rẽtib⁹ ortus: ⁊ cũ nõ haberet vnde sibi/ et vxori sue/ et filijs suis satisfaceret: erat val-
de desolatus/ ⁊ insuper ab hominibus confundebatur cũ esset illi vilissimus amic-
tus/ et pauperrimus victus/ et nõ minus a parẽtibus suis q̃ ab alijs pro sua pau-
pertate villipẽdebatur. vnde rogabat beatã dei matrẽ: vt cõsolaretur eũ/ quoniam
paupertas/ verecundia/ et desolatio illũ nimiũ affligebãt. Quadã autem die/ cum
ille super consolatione sua orasset beatam dei genitricem: fuit illi cordi vt ciuitatem
illa die tota perambularet et consideraret circa diuites/ et pauperes ciuitatis illius
vtrorumq̃ cõtinentias: vt eligeret discernẽdo quorum continentia/ deo et glorio-
se genitrici ipsius esset acceptior. hoc itaq̃ sicut considerando proposuit: ita et re ex
secutus est. et vidit diuites/ multa vanitates loquentes/ et pauperib⁹ iniuriãtes:
pauperes autem q̃uis aliquas vanitates/ non tamen tot et tantas quot et q̃tas di-
uites. Cumq̃ sic ciuitatem lustraret: venit in quendam locum vbi pauper quidam
elemosynam a diuite quodam peteret/ habens modestos sermones/ et humiles: at
diues illi elemosynam dare recusauit. qui quia non statim a facie sua fugisset/ vbi se
nichil daturum dixisset: conuicijs plurimis illum affecit. pauper autẽ patientia vi-
cebat. quo audito: consolatus est ille in paupertate sua/ et inde dilexit plus esse pau-
per q̃ diues. et in patientia paupertatem suam sustinuit laudans/ ⁊ benedicens de-
um/ et gloriosam eius matrem: qui consolabantur eum in paupertate sua quã dili-
gebat. nam in se ipso sentiebat se magis valere in virtutibus/ et moribus quia pau-
per erat: q̃ tũc cũ esset diues. et si equẽtius recolebat/ intelligebãt/ et diligebat deũ ⁊
beatissimã matrẽ eius/ ⁊ pl⁹ despiciebat mundi vanitates in agilq̃ gloriam deside-
rabat sempiternam. Regina consolationis (inquit oratio) valde desolata sum: Oratio
et ex mea desolatione tãtũ michi tristicie ⁊ perturbationis adest/ vt nũq̃ leta futura
sim/ donec michi de grauaminib⁹ illatis satisfactio fiat. Satisfacias ergo michi do
mina mea mitissima in grauaminib⁹ meis: vt cõsolatã me reddas et letantẽ. hec si-
quidem satisfactio est pro vtilitate publica: quã amisi. q: quasi nemo degit i mũdo/
publice vtilitatis amic⁹. et si reperiũtur aliqui: sũt quidẽ parue potestatis/ ⁊ modi-
ce auctoritatis. vtilitas autẽ publica pricipes/ proceres/ et prelatos exigit: et insup
multos ad eã totis viribus promouendã/ vt a magnatibus et principibus ametur.
et quoniã huic negocio video illorũ neminẽ incũbere: valde tristis sum ⁊ desolata.
Tu autẽ miserorũ consolatrix mitissima/ refugiũ viduarũ/ orphanorũ/ et pauperũ:
cũ sis consolatio in minimis/ bene quidem iustum videretur vt me consolari etiam
dignareris in tantis. Nonne potius ad te pertinet tribuere consolationem in reb⁹
magnis q̃ in paruis: cum sis in bonitate/ magnitudine/ et potestate maxima? Si
filius alicuius paupercule mulieris infirmatur: sanas eũ/ ⁊ consolaris eã. aut si ali-
quis quia perdidit diuitias desolatur: eas quidẽ restituis illi/ atq̃ consolaris eum.
michi autem publicam totius mundi vtilitatẽ petenti: cessas consolationẽ im'tere.
et michi quidẽ fit satisfactio nulla: quia quãtũcũq̃ hic inde pergã nũc per hos/ nũc
p illos/ neminẽ tamẽ inuenio vtilitatis publice curatorẽ. Audi regina clemẽs ꝯso-
laberis me an nõ? Nec etiam si me cõsolari decreueris: putes me cõsolatã/ si michi
vnũ gallũ/ aut vnã gallinã/ aut vnũ cãpũ/ aut vnã vineã/ aut vnam ciuitatem/ aut

vnum regnũ/aut vnam prelaturam dederis. Nam in his rebus particularib⁹: coꝛ
meum non multum glutinatur ac adheret. cõsolaboꝛ autem si vtilitatẽ istam michi
concesseris que prosit vetule diligenti gallinam suam/ ꝛ rustico in vinea fodienti/
et principi/ ꝛ prelato/ ꝛ omnibus hominib⁹ in hoc mũdo viuentibus. ꝛ insuper ve-
hemẽtius etiã consolaboꝛ: quia de vtilitate publica tunc filius tuus/ ꝛ tu honora-
bimini. quia enim in mundo neglecta est vtilitas publica: inhonorata es ꝛ despe-
cta respectu tanti qui te decet honoꝛis. heu quis est qui cõsolari possit: cum in mũ-
do vtilitas publica omnino sit peruersa? prouenitunt enim inde vniuersales pesti-
lentie/sterilitates/bella/ et vniuersalia damna. absit o domina mea. Ego nequaq̃
sum illa/ que modicis commodis in damnis maximis valeam consolari. Regina
pijssima/is qui intellectu/ et ratione vtitur/ habens erga te/ ꝛ erga seipsum/ ꝛ pxi-
mũ suũ caritatem: quomodo consolari potest ex hominib⁹ in inferno sepultis/ qui
a penis infinibilibus ineternũ non exibunt? Quis dicere possit/aut cogitare illo-
rum damna quia sempiternam gloriam amiserunt/ habẽtes sempiterna toꝛmenta?
Jterum posita consolatione ex ijs qui perditi sunt: quid erit ex ijs qui quotidie per-
duntur tendentes incessanter in ignes sempiternos? videlicet ex tot sarracenis/tot
iudeis/tot paganis/ tot malis christianis. nam ꝛ si vnus tendat in gloriã: mille cor-
ruunt in penas. Cur ergo consolaboꝛ? cur gaudeboꝛ? cur delectaboꝛ? semper flebo/
semper merebo/ ꝛ iacebo in tristitia. Consolaboꝛ ne/ quia plura sunt vicia q̃ virtu-
tes? et quia plus est mali q̃ boni? quia plus spiritualibus diliguntur mundana? et
quia filius tuus/ ꝛ tu non cognoscimini/ nõ amamini/ nõ honoramini/ per mũdũ?
Altissima domina hec cõsolatio sit alterius: quoniã me nũq̃ videbis in illa. pl⁹ enĩ
diligo esse bonã desolatã: q̃ malã consolatã. verũtamẽ oro te vt me cõsoleris/ et cõ-
cedas michi ea que postulo a te: quia nimiũ protelatũ est hoc dãnũ meũ ꝛ lãgoꝛ me⁹.

Questio Questio. Oratio (dixit eremita) quidã vir iustus: diligebat suũ bonũ filiũ/ ꝛ suã
bonã vxorẽ amore vehemẽti. quadã autẽ die ipse/ et vxoꝛ/ ꝛ filius eius p quandam
magnã ꝛ hoꝛrentẽ siluã incedebãt: ꝛ ecce duo leones qui voꝛarũt eius vxorẽ/ ꝛ filiũ/
hic autẽ bonus homo: solus remansit desolatus vehemẽter. vnde queritur: de quo
Intentio illorum duorum plus debuit desolari. Ait intẽtio. erat in quadam ciuitate que-
dam domina valde pulchra/ et bona/ et ex venerabilibus parentibus orta: quam
quidam insanus iuuenis diffamauit apud virum/ et parentes eius/ ꝛ apud omnes
ciuitatis illius accolas/ adeo vt illa nimis inde tristitia afficeretur/ valde desolata:
nec habebat filios/ cum quibus solaretur. cũ viro quidẽ suo nõ poterat ꝯsolari/ nec
cũ aliquo suoꝝ: quia oẽs eã haberẽt suspectã. Quadã autẽ die accidit: vt hec valde
desolata fuerit/ quoniã vir eius illius honoꝛi coram multis honorabilibus/ prauis
sermonibus detraxerat. illa autẽ se cõuertit ad beatissimã dei matrẽ/ recordata quo
modo ipsa pietatis mater: stabat sub cruce desolata nimis/ cum filius ei⁹ benedict⁹
spiritum emitteret. ꝛ dixit ei: o domina preciosa cũ sis excellẽtissime cõsolata/ ex illa
pena quã tunc pertulisti in doloꝛe/ ꝛ tristitia/ dignare me cõsolari: quoniã ampli⁹
nõ possum penã pati quã desolatio michi incutit/ ꝛ desiderium consolationẽ tuã sen-
tiẽdi. Cum autẽ sermones suos finiuisset: venit ei in mẽtẽ vt cõsolaretur in virtuti-
b⁹/ ꝛ humilitate quas habebat ipsa virgo parẽs. ꝛ tũc beata virgo ꝯcessit illi volũ-
tatẽ velle sperni: quia humiliatio natura/ est dare ꝯplacẽtiã humilib⁹/ cũ inhonorãt/
et despiciũt iniuste. Tũc spes/ refrigeriũ dedit illi ĩ pena quã sentiebat: quia ꝯsiderabat
se in gloria p̃miũ habiturã p pena quã sufferebat/ ꝛ caritas fecit eã amare patiẽtiã.
caritas enĩ est ea virtus que bona facit amare. ꝛ iusticia tribuit illi satisfactionẽ bo-

nitatis/magnitudinis/et perseuerantie. quoniã bonũ erat ei in hac infirmitate sua se patientem esse: sapientia vero ministrabat ei leticiã. Nã ex hoc quia se sciebat innocentem: magnã sentiebat sibi felicitatẽ. fortitudo similiter impẽdebat ei animositatẽ: qua existebat alti cordis/totã hominũ infamiã paruipendẽs. temperãtia cõferebat illi sermonũ sobrietatẽ: et fides fidelitatẽ. erat nãq3 fidelis erga virum suũ in omnibus operibus suis: et officio cõiugij fideliter vtebatur. Cumq3 suã bonã intẽtionẽ proposuisset/vt sẽper cũ virtutibus ad alleuiandã infirmitatẽ suã cõsolaretur: sentiebat se in bona animi trãquillitate/imo in meliori q̃3 prius/cũ esset sine ĩfamia. et extunc se sensit valde cõsolatã: laudãs et benedicẽs deũ et gloriosam eius matrẽ. Sic igitur re se habẽte accidit vt ille qui infamiã super illã intulerat quẽdã hominẽ occiderit: pro quo fuit mortis supplicio addict⁹. qui cũ duct⁹ esset ad supplicij locũ/cõfessus est corã omnibus dicẽs: in periculo anime sue/se false ⁊ nequiter diffamasse bonã illã dominã. et recuperauit illa suã bonã famã: et gratiã viri sui/et omnium hominũ. Uerũtamẽ virtutes nõ vsq3 a deo adheserũt illi vicine/⁊ comites: q̃3tum prius q̃3 esset in infamia/quoniã tantũ eis non indigebat.

De paupertate Cap. XXVII

Remita quesiuit a laude. quid est paupertas? cui laus respondit dicens: Questio
e paupertas est id quod a mũdanis diuitijs/remouet affectum: ⁊ ad habẽ- Laus
das virtutũ diuitias tribuit libertatẽ. et quoniã beatissima dei mater dũ in mundo cõuersata est/paupertatem inter mũdanas prosperitates sustinuit: ideo laudemus eam de paupertate. Dum beatissima dei mater in hoc mũdo viueret/paupertatem sustinebat/et bonorum mundanorũ penuriam: vt filio suo cũ paupertate seruiret. nã sicut humanitas filij sui deitati seruiuit cũ paupertate/laborib⁹/⁊ morte: sic oportuit vt ipsa dei genitrix filio suo seruiret cũ paupertate. sic vt mundanas diuitias et prosperitates non amaret: sed potius diuitias virtutũ. Ideo paupertatẽ habuit in indumentis/et epulis/et in conuersatione. quod tamẽ bene patuit in die illa qua peperit filiũ suũ: quoniã tũc nõ habuit domũ vbi reclinaret. ⁊ humilib⁹ pãnis inuoluit benedictũ filiũ suũ: nec habuit multas ancillas ei famulantes. nã secũdũ qꝫ erat regina celi/et terre/et secũdũ qꝫ ei maxim[e] cõueniebant honores et maxima obsequia: ita viceuersa respõdebãt ei paupertas/et ille honor/que illã pro tũc decebant. vnde nõ est qui paupertatem eius cõparare possit: tanta erat paupertas eius in omnibus que magnitudini conueniũt paupertatis. Paupertatem beatissime dei matris (inquit laus) tantam oportuit esse/vt forma fieret ⁊ exemplar omnibus paupertatibus hominũ: qui sub paupertatis habitu deo seruire intendunt. Alioquĩ paupertas illius defectiua fieret in magnitudine bonitatis/perseuerãtie/potestatis/⁊ reliquorum: quod est impossibile. Cum ergo tot paupertates sint in tot hominibus qui via paupertatis deo seruire desiderant et gloriose matri eius/et in tot hominibus fuerit/⁊ in tot sit adhuc futura paupertas: quis poterit ipsius gloriose virginis matris estimare paupertatem quam informare oportet/⁊ purificare ceteras bonas paupertates que sunt/et erunt? Manifestum est igitur paupertatẽ ei⁹ maiorẽ eẽ in bonitate/magnitudine/⁊ potestate/ceteris paupertatibus: ex quo ceteris paupertatib⁹ eã decet esse formã/atq3 principiũ primũ. Beatissima dei mater spiritualẽ et tẽporalẽ habuit paupertatẽ: spiritualẽ q̃dẽ q2 noluit hui⁹ mũdi diuitias habere. tẽporalẽ vero q2 neq3 pecuniã/neq3 possessiones/nec q̃cq̃3 habebat qd ad mũdanas diuitias ptineret extra paupertatis legẽ: q2 sic nõ eẽt ei⁹ paupertas ĩ bonitate/magnitudine/pseuerãtia/virtute/scitate/⁊ amore. Ex eo eñ q2 spũalẽ ⁊ tpalẽ

virtutē habebat: erat virtutibus diues. nam ꝙto magis pauper erat spiritu videli=
cet/non diligens diuitias mundanas/et ꝙto magis pauper erat temporalibus bo=
nis: tanto magis diligebat fidem/spem/caritatem/iusticiam/sapientiam/fortitudi=
nem/temperātiam. ad has nāq; virtutes optinendas diuitie mundane maximū af=
ferūt impedimētum. nam anima cuiuscūq; ꝙto magis habet recolere/ intelligere/
et amare diuitias hui⁹ mundi/tāto minus potest recolere/intelligere/et amare diui=
tias virtutū. que scilicet diuitie sunt magnitudo bonitatis/et perseuerātie/et boni=
tas magnitudinis/et pseuerātie/et reliquaꝝ pfectionū. quare ꝗcunq; minus habet
de tēporalib⁹ diuitijs: magis potest recolere/intelligere/et amare diuitias virtutū.
Idcirco gloriosa dei mater diuitias nō dilexit tēporales: vt posset recolere/intelli=
Questio gere/et amare diuitias spirituales. Questio. Duas (ait eremita) due sorores si=
mul vnā vineā possidebāt: cuius prouentibus ille viuebāt. Accidit autē quadā die
vt cum simul audirēt missam/forte vidissent in tabula super altare dei genitricis ia=
centis in lecto figuram/et figuram filij sui positi in presepio/vbi bos et asinus come=
debant: quelibet illarum valde cōsiderauit paupertatē beate dei genitricis/et cum
egresse essent a basilica ceperunt adinuicē loqui de magnitudine paupertatis ipsi⁹
dei genitricis. Ambe deniq; simul cōsenserūt: vt ipse ad honorē beatissime dei ma=
tris/totis viribus suis paupertatē amarēt. vna illarum suā partem vinee vēdidit:
et pecuniā pro illa habitam pauperibus/amore beate dei matris elemosynā petē=
tibus erogauit. In tantūq; dilexit paupertatē: vt in omnibus tēporalibus voluerit
esse pauper. nichil quidē tēporale voluit possidere: vt ei⁹ paupertas esset in excel=
lenti magnitudine bonitatis/spei/caritatis/sanctitatis/et perseuerātie. Altera ve=
ro soror reliquā vinee partē possedit/et de bonis que pcipiebat ex ea viuebat pau=
Paupiter. periter: residuū vero pauperibus/pro beate virginis amore elemosynā petētibus
erogabat. Itaq; diligebat illa paupertatē in seipsa/et in alijs habentibus illam. et
vt ipsa et alij qui paupertatem habebāt/possent in paupertate diu viuere: sustēta=
bat seipsam/et alios qui paupertatē amabāt. vnde questio est: que illaꝝ plus pau=
Intentio pertatē amauit. Narrauit intētio dicēs. filius cuiusdā diuitis remansit valde di=
ues: qr̄ta pater illius diuitias amplas in nūmis/et possessionib⁹ ei reliquerat. pa=
rentes autē eius incitabant eum: vt duceret vxorē. Ille vero considerādo cogita=
uit/vtrum duceret vxorem obligatus mundo: aut mūdum amore dei relinqueret.
vtram Cum itaq; cōsideraret/nesciens vtram illaꝝ duaꝝ viaꝝ acciperet: orauit beatā dei
matrem/vt concederet ei gratiam eligēdi viam potiorem. oratione autē facta/ fuit
ei cordi vt omnia que habebat venderet: et daret pauperibus/elemosynam querē=
tibus amore beate dei genitricis. et sicut animo cōcepit: sic opere compleuit. Cum
autem factus esset pauper nichil habens/accessit ad quoddam monasterium ro=
gans vt eum reciperent in fratrē: quia diligebat esse pauper regularis/et ordina=
tus vt moribus et virtutibus fieri possit diues. et factus est eo in loco religiosus.
Illo sic existente paupere et spiritualiter/et temporaliter in sanctitate vite: factum
est vt episcopus ciuitatis illius migraret a seculo/ et ille elect⁹ est in episcopū/quo=
niā optimis moribus preditus erat. multūq; sciētie didicerat: ab eo tēpore quo ini=
tiatus est religiosus. Illi q̄dē electioni ꝙtū potuit obstitit: qr̄ nullas volebat tēpo=
Non rales possidere diuitias. Nā enī ea de causa reliq̄rat mūdū: vt magis ꝙ pri⁹ diues
fieret. Et insup diuitias virtutū quas cū paupꝑtate fouebat et cōseruabat: nō adeo
cōmode posset cū diuitijs secularibus fouere et cōseruare. quare penitus renūciās
electioni noluit episcop⁹ esse/sed poti⁹ in intētione paupꝑtatis voluit perseuerare.

 50

Regina celi (ait oratio) tu es domina pauptatis spiritualis/et tēporalis. nā cū Oratio.
esses in mūdo: nemo post filium tuū fuit in tanta paupertate spirituali/et tēporali.
et quoniam tu es regina/materq; paupertatis: oro te/ vt paupertatem spiritualem
concedas eis/qui paupertatem possidēt tēporalē. quoniā cū temporalis paupertas
habetur sine spirituali: malum est: nam illa est sine forma/ et virtute. idcirco hi qui
sunt pauperes bonis mundanis/nec sunt pauperes spiritu: diuitias mūdanas cupit
eorum voluntas. et statim prorūpunt in falsitates/fraudes/latrocinia/hypocrisim:
vnde damna sequūtur valde magna. Tu autem neminē sinere debes fieri pauperem
bonis mundanis/extra paupertatem spiritualem: qua mundanas aspernētur
diuitias/ que sunt occasio destruendi diuitias spirituales. nam quoniam habēt
in aliquo tue paupertatis similitudinem: tua quidem paupertas in verā/et sanctam
paupertatem eos informet. Queso tu virgo mater benignissima: scis paupertatem
spiritualem/et temporales diuitias satis adinuicem conuenire posse. nam spiritualis
paupertas: forma est informans et ordinans diuitias temporales. quare te oro
domina mitissima: vt habentibus diuitias temporales/ paupertatem transmittas
spiritualem. Tu autem quotidie cōcedis pecunias/agros/domos/castella/villas/oppida:
sed vix est cui spiritualem tribuas paupertatem. nam ij quib⁹ diuitias
concedis sine spirituali paupertate: diuitijs nequeunt saturari/ imo q̄nto plures
habent diuitias/tanto sitiunt habere ampliores/easq; nō cessant accumulare. pauperes
vero qui ob amorem tui elemosynas queritant fame: pereunt. diuites autem
diuitias captas detinent: vt nec sibi seruiant/nec alijs prosint. qui scilicet diuites in
temporalibus/si paupertatem spiritualem haberent: saturi diuitijs fierent/ et diligerent
eas iuxta magnitudinem bonitatis/non autem iuxta magnitudinem malicie.
et iuxta magnitudinem virtutis: non autem iuxta magnitudinem viciorum.
Nonne hec quidem est malicia maxima: vt homo vnus tantum possideat diuitiarum
q̄ntum centum/aut q̄ntum mille hominibus sufficeret/qui plus boni agerēt inde
singuli q̄ ipse solus? ha regina potens q̄ male diuise sunt diuitie huius mundi:
et certe non multum inde lucraris. nam possidentes eas: vix te nominant/ nec tantum
in te sperant/ q̄ntum in diuitijs suis. imo potius deridentes improperant pauperibus
miserias eorum: qui propter amorem tui/paupertatem subierūt/ elemosynas
hinc inde queritantes. Regina gloriosa si spirituales diuitias largireris
eis/qui diuitias possident temporales: hoc siquidem bonum opus esset. nam diuitie
spirituales/et diuitie temporales simul concordant in magnitudine bonitatis/
perseuerantie/ virtutis/sanctitatis/et iusticie. nam cū recolere/intelligere/ et amare
hominis indutū est bonitate/magnitudine/perseuerātia/ virtute/iusticia/et sanctitate
et reliquis: tūc est homo diues. quoniā iste sunt diuitie: multo meliores etiā
q̄ pecunie/ possessiones/ et cetere diuitie corporales. atq; paupertas spiritualis est
intra illud recolere/intelligere/ et amare: que spiritualibus diuitijs sunt induta. que
quidē pauptas spiritualis etiā est de bonitate/magnitudīe/et potestate/que recolere
ītelligere/et amare īduūt: sepi⁹ habētia ad diuitias spirituales q̄ ad diuitias tēporales/
qm̄ multo magis valēt. ha regina potēs (īqt oratio) tu cōcedis diuitias tēporales:
dignare cōcedere et diuitias spirituales. sed iā quasi videt̄ vt pl⁹ cōcedas
ex ijs que minus diligis: q̄ ex ijs que plus diligis. Nota fuit oratio et amplioꝛa dixisset:
nisi/eremita hāc illi questionē mouisset. Questio. Oratio (inquit eremita) Questio
tres domine orabant beatam mariam: alia quidem vt concederet ei paupertatem
spiritualem et temporalem/ alia vero vt tribueret ei paupertatem spiritualem / et

diuitias temporales/tertia vero vt largiretur ei diuitias spirituales et temporales.
Intentio. vnde questio est: que illarũ quesiuit ab ea potius donũ. Ait intẽtio. quidã diues
et quidã pauper simul ad quoddã monasteriũ proficiscebantur: quod complures
religiosi incolebãt. illi quidẽ associauerunt reuerẽter diuitẽ: quia de bonis tẽpora-
libus eis impartiebatur/pauperẽ vero cum humiliter esse indutum viderent: non
associauerunt/nec aliquẽ ei impẽderunt honorẽ/quãuis scirent eum esse moribus/et
virtutibus diuitẽ. vnde mirabatur ille pauper/cur pauperũ alij alios nõ reuerẽtur:
et maxime cur nõ reuerẽtur potius paupertatẽ spiritualẽ/quã diuitias tẽporales. cũ
ille sic cogitaret: venit ei in mẽtẽ vt gereret malã voluntatẽ in illos religiosos: quia
debitã nõ ei exhibuissent reuerentiã. Sed quia bona intẽtione mirabatur/ et bona
intẽtione paupertatẽ amabat: iuuit eum bona intẽtio ad recordãdam humilitatẽ/
quam in paupertate dilexit habere in honore/sicut et habebat eã in diuitijs tẽpo-
ralibus. et tunc placuit illi quia nullã ei reuerẽtiam impẽderant. nam id fuit illi oc-
casio patientiam habendi/et humilitatem/et amandi paupertatem: et more solito
bonam ad illos ex tunc gessit voluntatem.

De elemosyna. Cap. XXVIII

Questio
I Aus (ait eremita) quid est elemosyna? qui respondit dicens: elemosyna
Lauo est tribuere res necessarias ijs qui indigẽtes/ amore dei petũt eas. Quo-
niam ergo beata dei mater/facit elemosynã et diligit eam: de elemosyna
laudemus eam hoc modo. Beatissima dei mater domina nostra: diligit elemo-
synam cum magnitudine bonitatis/perseuerantie/potestatis/virtutis/et amoris.
Idcirco facit elemosynã esse magnã in bonitate/perseuerantia/potestate/ virtute/
et amore. hanc autẽ magnitudinẽ elemosyne facit ipsa in bonitate/magnitudine/
perseuerãtia/potestate/virtute/et amore dantis: illã autẽ recipiẽtis videlicet in il-
lius recolere/intelligere/et amare. hoc facit beatissima domina nostra/ vt ipsa ma-
gnitudo quã habet elemosyna in bonitate/pseuerãtia/potestate/virtute/et amore:
faciat magnũ recolere/intelligere/et amare dãtis elemosynam aut recipientis. Et
quoniã ipsa beata dei mater de magnitudine sua facit magnitudinem elemosyne
magnã esse/et de bonitate sua facit esse bonã/ et de perseuerãtia sua perseuerãtem/
et de potestate sua potentẽ/et de virtute sua validã/et amore suo eã amabilẽ: opor-
tet elemosynã esse magnã bonitate/perseuerãtia/potestate/ virtute/amore/et in ce-
teris circũstantijs que ad elemosynam sunt pertinẽtes. quare beatus est quicunque
facit elemosynã/aut petit illam: cum elemosyna ratione beatissime domine nostre
sit tam bona/tã magna/tam perseuerans/tam potens/tam valida/et tam amanda.
Quoniam pijssima dei mater magnitudinẽ elemosyne diligit: idcirco maximã
elemosynam agregauit in hoc mũdo. nã omnia bona ecclesie sancte dei/ex elemo-
syna processerunt. Cum ergo bona ecclesie sancte dei tot et tanta sint in bonitate/
magnitudine/perseuerãtia/potestate/ virtute/et amore: satis quidẽ patet quoniã
beatissima dei mater elemosynã diligit/et omnes illos qui dederũt ea/ et qui possi-
dent illam sub forma magnitudinis/bonitatis/perseuerantie/potestatis/virtutis/
et amoris. nã preter istam formã: ipsa beata domina nostra non posset eam amare.
nam secundũ elemosyne formam: oportet elemosynam possideri a possessoribus et
ministratoribus/et cõseruatoribus eius. et cũ faciunt oppositum: vtique beatissime/
et potẽtissime dei matris/et elemosyne fiunt inimici: indigni ministrare/ et conser-
uare elemosynam/et indigni sustentari ab elemosyna et ab ea vtilitatem vllã per-
cipere. Et cum illi elemosynã illis detinent et impediunt qui sunt in magnitudine

bonitatis/perseuerantie/potestatis/et similiũ: culpam incurrũt/pro qua in presen=
ti seculo vel in alio punientur. Pre vehementi amore quem beatissima dei ma=
ter gerit ad elemosynam: vult ipsa multos esse homines elemosynam petẽtes/ ma=
gnos in bonitate/perseuerantia/potestate/virtute/et amore: atq; in fortitudine/al=
ti magnanimiq; cordis. et ideo sunt in mundo tot pauperes elemosynam peten=
tes/vel elemosyna magna sit in eis. et quoniam petunt elemosynam amore dei/et
beate genitricis eius: habet quidem beata dei mater magnam in eis complacen=
tiam/ cum sunt multi viri et mulieres petentes eam. maxime cum boni sunt/ et
sancte vite. et multo maiorem etiam in eis qui diuitias et prosperitates mundi re=
linquunt: et petunt elemosynam/ vt habita elemosyna deum et gloriosam dei ma=
trem eius laudent/et benedicant in ea/dantibus et recipientibus illam habenti=
bus adinuicem mutuam caritatem. veruntamen cum petunt elemosynam vt ha=
beant diuitias aut prosperitates: agunt contra naturam et proprietatem elemo=
syne/que paupertati concordat secundum eius diffinitionem. vnde fiũt indigni: vt
elemosyna subueniatur illis. Questio. Laus (ait eremita) due domine fuerant Questio
valde diuites: que in magnã deciderant paupertatem. Altera vero illarum vere=
cundabatur elemosynam petere: et rogauit quendam vicinum suum vt pro ea pete=
ret elemosynam/ quia vnde viueret non habebat. Altera vero non verecundaba=
tur/quoniam delectabatur esse pauper/et in tantum elemosynam diligebat et pau=
pertatem: vt ipsamet elemosynam peteret. et accidit vt hec domina et vicinus al=
terius domine (que mendicari verecundabatur) a quodam ciue elemosynam pe= Intentio
terent. vnde questio est: cui illorum citius ille debuit elemosynam dare. Nar=
rauit intentio dicens. quedam domina erat valde diues/elemosynam diligens ve=
hementer: et pre vehementi amore elemosyne cum poterat/libenter elemosynã da=
bat. Accidit autem quadam die/cum hec dedisset elemosynas multis pauperibus:
vt illa considerauerit se non posse sufficere/ad tantam elemosynam faciẽdam. vnde
proposuit non amplius elemosynã tantam facere. Sed cum illa huic in modum
considerasset: virtus intentionis qua elemosynas faciebat iuuit eam. quia tetigit eã
spe/et commouit eam ad reijciendam spem in deum/ et in gloriosam dei matrem: vt
concederent ei sufficientiã bonorũ huius mundi/in tantum vt posset elemosynam
facere per omnia tempora vite sue. Cum autem intentio tetigisset eam spe: excitauit
eam charitate/in tantum vt commoueret eam ad tantum amorem ad elemosynam
concipiendum/ vt desiderauerit esse pauper/et elemosynã querere/ si tamen ita cõ=
tingeret vt bona sua illi ad elemosynam faciendam deficerent. et tunc ipsa ꝑposuit
per omĩa tempora vite sue elemosynam more solito facere: atq; spes et charitas cũ
auxilio beate dei matris faciebant eam bonis abundare. Gloriosa dei mater (ait Oratio
oratio) multi sunt viri/ et mulieres virtutibus pauperes/ in bonis mundanis mul=
tum habundantes: et quoniam sunt pauperes virtutibus non faciunt elemosynã.
vnde oro te gloriosa/ vt tu (q̃tãtũ diligis elemosynã in magnitudine bonitatis/ ꝑ=
seuerãtie/potestatis/virtutis/et amoris) facias elemosynã virtutũ/illis qui bonis
mundanis sunt diuites/et vt sint elemosyne amici et seruitores. et placeat tibi potẽ=
tissima et omni virtute plena: vt de virtutibus elemosynam [f]acias. Si enim homi=
nes elemosynam diligentes faciunt eam de pecunia/tritico/de possessionibus/ et ce
teris rebus quas habẽt: nonne tu facies elemosynam de hoc ipso quod tu habes/
cum tu multo melius virtutes habeas q̃ ipsi diuitias suas? Pia domina miseri=
cordie. et si omnes a te non petant virtutes: tu tamen cessare non debes de virtuti=

bus elemosynam facere. et tu que tot diebus elemosynam facio de bonis mūdanis a te petentibus illa: nonne elemosynā facies de fide/spe/caritate/iusticia/et ceteris virtutibus: viris supplicibus qui a te illas petunt? nonne tu plus diligis elemosynam in iis que magis valent? et nonne maior erit elemosyna si largiaris eas cum non postulātur a te: q̄ȝ si postulabuntur? heu domina misericors/audi clemēs/audi: fac elemosynam de fide iis qui non habent eam. quia maxima est indigentia fidei. nam propter penuriam fidei: in ignem decurrunt eternū/ non cognoscentes filium tuū nec te/neqȝ vnqȝ benedicent filium tuū nec te in penis cruciatuū sempiternorū. Si autem dederis eis in mūdo fidem/et vitam bonā: filium quoqȝ tuū et te cognoscent/⁊ amabunt/laudantes et benedicentes te in gloria sempiterna in eternū. Similiter si spem concederes eis qui non habent eam: vtiqȝ facerent elemosynā. Sed quoniam deest illis spes cum volunt facere elemosynam: labūtur in desperatione/ non credentes posse sufficere bona que habent ad elemosynas faciendas. et ex defectu similiter caritatis quem habent: sequitur in eis elemosyne destructio. nam ob absentiam caritatis: diuites non diligunt pauperes. nam potius auferrēt ab eis ea que habent: q̄ȝ illis elemosynas porrigerent. hoc idem similiter sequitur de iusticia et ceteris virtutibus: nā in earum destructione elemosyna priuatur. Regina vite: nonne bene scis cum aliquotiēs pauper a diuite petit elemosynam: et diues abnegat illi: et iterum pauper requirit eā amore et honore tui: quomodo aliquotiens diues in opprobria/et vituperia/et turpia in pauperē prorūpit? et pauper ecōuerso illi bonos sermones/humiles/honorabiles/et pacificos reddit? Nonne iusti⁹ esset et melius vt diues et pauper adinuicem concordarent in caritate/iusticia/amore/⁊ virtute: q̄ȝ q alius illorum vicium sic habeat/et alius virtutem? Tu autem domina cum sis iusta: assiste michi in oratione hac. Cum pauper querat elemosynam a diuite/reddēte pauperi modestos sermones cōsolatorios vna cum elemosyna competente: quid dices michi a te petenti elemosynam pro pauperibus in virtutibus? abnegabis ne michi sermonibus superbis? heu gloriosa miserere/ et concede virtutem non habentibus illā: ⁊ habentibus eam/multiplices in magnitudine bonitatis/perseuerantie/sanctitatis/et reliquorum beate vite principiorum. Iterum precor te domina mitis/vt de bonis temporalib⁹ incites diuites elemosynam facere. qui si nolint vtiqȝ: aufer ab eis diuitias/ et trade illas aliis elemosynam facere diligentibus. quoniam non est iustum/vt diuitias teneāt impeditas: maximeqȝ qui ex elemosynis ditati sunt. Tu autem regina elemosynas seruare teneris pauperibus: quorum ipse sunt/et eis qui sub vmbra et cōfidentia tui illas donauerūt. ratio nāqȝ consentit/et natura: vt serues ea que in manus tuas deposuerūt. Tu ergo domina cur sustines homines luxuriosos/supbos/auaros/inanis glorie cupidos/ voraces bibulos/et malis moribus plenos esse: possessores bonorum pauperum gementium fame/siti/nuditate/frigore/tota die clamantium/ et amore tui elemosynā petentiū.

Questio

Questio. Oratio (dixit eremita) due erāt domine/quarum vna faciebat elemosynam vt caritatem haberet: alia vero petebat elemosynam vt humilitatem haberet. vnde questio est: que illarum plus elemosynam diligebat. Ad intentio. quē-

Intentio

dam militem (qui fuerat bellator/⁊ spoliator multis in locis multa mala pluribus hominibus inferens: et maxime cuidam ciuitati/ prope quam ipse quādā fortem et munitam arcem habebat) male cōmissorum scelerum penitebat: sicqȝ cōtritus ⁊ penitens orabat beatam mariā dei matrem/ vt ei veniam impetraret. ⁊ iuxta ciuitatem illam fundauit quandam hospitalitatis domū: cui castrum suū dimisit. et

fer ty Charitatis promo
m habeat ei forte ...

commendauit illam charitatis administrãde domũ/ et bona ipsi⁹/ in custodia episcopi ciuitatis illius. post obitum autem militis et successorum: episcopus illius ciuitatis quasi omnes redditus ipsius hospitalitie domus sibi retinuit. quoniam ipsi redditus permagni erant assignandi pauperibus/ et venientibus/ et petentibus hospitalitatis beneficiũ. episcopus vero sibi maiorem partem retinẽs: diuisit illos redditus canonicis suis/ multiplicãs redditus eorum. Et quoniam episcopus peruerterat intentionẽ militis/ qui castrum suum donauerat pauperibus christi: virt⁹ intentionis/ fuit episcopo et eius successoribus inimica. Itaq̃ ille episcopus nõ vixit diu/ nec ceteri eius successores/ poterant diu viuere: in tantum vt quasi totũ collegium miraretur/ qua ratione quicũq̃ fieret loci illius episcop⁹ tam modicum viueret. Et accidit vt cuidã illius ecclesie canonico sancte vite: reuelaretur causa quare tam modicum viuerent/ illius loci episcopi. videlicet quia donec castrum intentioni restitueretur: quod fuit a milite assignatum pauperibus/ nunq̃ aliquis episcopus diu viueret in illa sede. Canonicus vero reuelauit ea que viderat/ et restitutũ est castrum hospitalitie sicut prius: et postea vixit quilibet episcopus in sede illa vt viuunt in alijs ecclesiis/ in quibus conseruantur pauperibus elemosyne secũdum intentionem qua statute fuerunt et ordinate.

De obedientia Cap. XXVIIII

Aus (ait eremita) quid est obedientia? que respondit dicens. obediẽtia est Questio
I intellectus/ et volũtas alicuius sub alio irreuocabilis/ et sibi nichil retinẽs Laus
ordinata concessio. Et quoniam beata dei genitrix/ ẽ obediẽtie mater: de obedientia eam laudemus hoc modo. Protinus cum beata virgo maria dictis archangeli gabrielis obediuit: dei filius carnem humanam sumpsit ex ea/ sic obediẽte vt totum intellectum/ et totam voluntatem suam subiecerit intellectui/ et voluntati dei sine alicuius retẽtione. suum quidẽ intellectum subiecit: in hoc/ quia credidit se filium concepturam sine carnali contagio/ et sine viri semine. nam intellect⁹ humanus: via nature consentire nequit/ mulierem matrem simul esse et virginem. sed ipsa subiciens intellectum suum: credidit secundum diuinam potestatem hoc opus fieri posse/ quod erat super intelligere suum. volũtatem vero suam/ subiecit voluntati dei. quia voluit vt deus secundum volũtatem suam operaretur ex illa/ tanq̃ ex ancilla sua. vnde nichil dominij retinuit voluntati sue: sed voluntatem suam subiecit ad quidquid deus ex illa voluit. quare in hora annũciationis sue: fuit adeo vehementer obediens/ vt vlterius obedire secundum naturam non potuerit intellectus/ et voluntas. et semper post annunciationem perseuerauit/ in obedientia cum magnitudine bonitatis/ potestatis/ sapientie/ amoris/ virtutis/ veritatis/ iusticie/ et sanctitatis: in tantum vt hoc aliquatenus estimari non possit. nam maximã obediẽtiam humanitatis filij sui/ quam habuit diuinitati: oportuit correspondere obedientie tante matris. que scilicet obedientia humanitatis filij sui/ tãta fuit vt nõ potuerit esse maior/ nec deus eam facere potest in creatura maiorem. nec etiam omnes obedientie angelorum/ et sanctorum sunt tante: q̃ta est sola obedientia humanitatis domini ihesu christi/ quã ipsa humanitas habet sub diuinitatate cũ qua est vna/ eademq̃ persona. Beata dei mater adeo est obediens: vt intelligere suum subyciat velle suo/ et econuerso. Ita vt id velit quod intelligit/ in bonitate/ magnitudine/ perseuerantia/ sanctitate/ et virtute: et intelligat id quod vult in eisdem. Iterum est ipsa obediens: quoniam suum recolere/ intelligere/ et amare facit esse obedientia bonitati/ magnitudini/ perseuerantie/ potestati/ virtuti/ et sanctitati. Itaq̃

ipsa obedientie plena existit: obediens filio suo cui se subijcit recolẽdo/intelligẽdo/
et amando. in cuius recolere/intelligere/et amare: tanta est obedientia q̃nta est bo-
nitas/magnitudo/perseuerantia/potestas/virt⁹/et sanctitas: quam ipsa habet re-
colendo/intelligendo/et amãdo filium suũ hominem deum. et quoniam nemo hãc
magnitudinem sui recolere/intelligere/et amare cõsiderare potest: quis est qui co-
gitare possit/et credere: q̃nta est obediẽtia gloriose virginis matris dei? Tantam
oportet esse obedientiã beatissime dei matris/vt sufficere possit omnibus obedien-
tijs angelorum beatorum/et omniũ sanctorum: tam huius mundi/q̃ glorie sempi-
terne. nam eius obediẽtiam: oportet esse fontem/ꝛ flumen redundãtie ceteris obe-
dientijs. ab eius enim obedientia: ceteras obedientias formã/et sanctitatẽ/et vir-
tutem sumere oportet. Cum ergo tot sint angeli beati/tot sancti/et sancte/et tot cu-
iuslibet eorum obedientie in bonitate/sanctitate/virtute/perseuerantia/et sapiẽtia/
et amore: quis cogitare potest magnitudinẽ obediẽtie gloriose dei matris? Nõne
mirabile est in hoc mũdo religiosum aliquem/aut religiosam: adeo maiori suo esse
obedientem/vt penitus illi suam subijciat volũtatem/quam habet per naturam li-
beram. ita vt incarceret eam sub voluntate sui maioris/ad faciẽdum quidquid suo
maiori placuerit. similiter aliquo modo et scutifer est obediens domino suo/et an-
cilla domine sue. hoc autem totum fit in virtute obedientie gloriose dei genitricis.
imo plus audeo dicere (ait laus) quoniam in ea fuit adeo natura obediẽs, non po-
tuit vltra: cum ipsa sacratissima virgo peperit/permanens virgo post partum. ha
Questio (inquit laus) obediẽtiã eius narrare non possum/quare victa desisto. Questio.
Intentio (dixit eremita) laus laudabat beatã dei genitricẽ de obedientia: ꝛ oratio
orando petebat obediẽtiã ab ea. vnde questio est: que illarum plus diligebat obe-
dientiam. Narrauit intentio dicens: quidam clericus sepenumero de fide tẽta-
Intentio batur: quoniam videbatur ei mirabile matrem domini nostri ihesu christi esse vir-
ginem post partum/et ante. et quotienscumq̀ hec tentatio arripiebat eum/apud se-
metipsum tristis erat/et dolens: ꝛ timebat se tentationi consentire. Quadam vero
die cum super fide valde tentaretur: recurrit ad beatã dei matrem/orãs eam/vt eũ
adiuuaret. bona quidem intentio sua/et spes quam habuit in ea: posuit eum in via
resistendi tentationi sue. et considerauit se habere obedientiam intellectus et volũ-
tatis: itaq̀ subiecit intellectum suũ voluntati sue/et econuerso/nam hoc modo resi-
stitur tentationi. sed cum voluntas subijcitur intellectui/et non econuerso: tunc in-
tellectus vult via ratiocinationis tantum incedere/scrutans ea que sunt per expe-
rientiam/et per necessitatis argumenta. et sine ijs non quiescit nec: permittit quies-
cere voluntatem. hoc idem etiam habet esse/ꝛ econuerso: cum intellectus subijcitur
voluntati/ꝛ non ecõuerso. nam voluntas secundũ naturã/vehementius diligit in-
tellecta q̃ non intellecta: idcirco cogitur intellectus ad placitũ eius/et facit eũ scru-
tari ea que intelligi possunt experiẽtia vel vi argumẽti. et cum ea non potest attin-
gere remanet tentatio/et tunc intellectus ꝛ voluntas quietem habere non possunt.
Sed cũ volũtas obligatur ꝛ subijcitur intellectui/et ecõuerso: tunc cõueniũt simul/
et aliud in alio tẽperatur/ac alius est alij lumen. et cũ alius alij non sufficit esse lumẽ
ad inueniendũ naturaliter ea que sunt/sequitur inde fides: et aliud lumen eorum sup
aliud remanet mortificatum. Cũq̀ ille cleric⁹ modum istũ percepisset: mox se muni-
contra tẽtationẽ quotiẽscũq̀ ipsa impugnabat eũ/subijciens intellectũ voluntati/
et ecõuerso. nam in eo q̃ voluntas eius volebat beatam mariã esse virginẽ matrẽ:
oportebat vt intellectus obediens voluntati crederet illud: ꝛ supponeret quoniam

fieri poterat/ex quo voluit illud voluntas dei: cui scilicet voluntati dei/ intellectus et voluntas ipsius clerici obligati erant obedire. Et quoniã intellectus eius intelligebat potestatẽ dei posse facere super naturã/et super hoc quod ipse poterat intelligere: oportuit vt voluntas eius obligata/et obediens intellectui/diligeret ita esse sicut intellectus intelligebat/videlicet potestatẽ dei posse agere super naturã. itaqȝ clericus (quia veram habuit intentionẽ/obligãdo intellectũ voluntati:et ecõuerso) iuuabatur cõtra tentationẽ.et placebat ei cũ invadebat eũ tẽtatio: vt virginitatẽ beate dei genitricis posset multomagis amare. Tu domina pietatis/largitatis/potestatis/sapiẽtie/⁊ amoris (ait oratio) placeat tibi vt largiaris humano intellectui: magnitudinẽ bonitatis/humilitatis/et patientie: vt fiat obediẽs magnitudini bonitatis/eternitatis/potestatis/sapiẽtie/amoris/virtutis/⁊ sanctitatis filij tui. nam cũ ipse intellectus humanus discurrẽdo tendit per viã nature/nec vult esse obediẽs magnitudini virtutũ predictarũ: tunc non credit illa opera que filius tuus per magnitudinẽ/bonitatis/et sue potestatis super naturam operatur. hũc siquidẽ intellectũ o gloriosa habẽt iudei/et sarraceni/quia nõ credũt te posse matrẽ esse: nec credũt in diuina essentia ⁊ natura tres personas distinctas esse posse/absqȝ distinctione ipsius essentie et nature. et quoniam intellectus eorum obediẽs eis que sunt per naturam/et inobediẽs eis que sunt sup naturã: versatur eorũ obediẽtia in ijs in quibus est paruitas bonitatis/durationis/potestatis/et virtutis: et eorum inobedientia in ijs in quibus est magnitudo bonitatis/eternitatis/potestatis/et virtutis. tu autem hoc amoris mater sufferre non debes. quare te deprecor vt amplius hoc non sustineas: cũ sis fons/⁊ mater obedientie cũ magnitudine bonitatis/potestatis/sanctitatis/et amoris. Uirgo gratiosa: voluntas hominũ renititur obedire magnitudini bonitatis/perseuerantie/potestatis/sapientie/et virtutis/ et desiderat esse libera et super omnia dominari. idcirco peccant homines/ et alij alijs iniuriantur inobediendo filio tuo/et tibi: non seruantes decem legis precepta. Tu autem iustissima et potentissima non debes hoc sustinere: imo velle debes voluntatẽ humanam/esse obedientẽ magnitudini bonitatis/perseuerãtie/et potestatis. vt priusq̄ aliud quicq̄ agat: ponat in velle suo bonitatẽ/magnitudinẽ/perseuerãtiã/potestatẽ/et amorem. et hoc modo nolendo in habitu obedientie consistet: et obediens virtutibus/ obediet filio tuo/et tibi/et vicijs resistet. Sed q̄ volũtas hominũ (cũ sit filij tui creatura) inobediens tibi sit/et obediens malo/et nõ bono: hoc siquidẽ grãde malũ est. nec videtur tuũ esse domina charissima: vt hoc quod tibi obligatũ est ⁊ subiectum/ permittas sic peruerti/⁊ oblique incedere. quare te precor dñia clemẽs/ vt regules ⁊ ordines voluntatẽ hominũ sub bonitate/magnitudine/perseuerantia/⁊ potestate: faciens eã illis subiectã. et si de libertate sua conqueratur: melius vtiqȝ est eã esse in seruitute cũ bonitate/magnitudine/perseuerãtia/⁊ potestate/q̄ i libertate cũ vicio/ malicia/et falsitate. Iusta dñia virtutũ: quilibet tenetur submittere voluntatẽ suã ad volẽdũ id quod vult volũtas tua/et maxime quod vult volũtas filij tui: quia volũtas cuiuslibet creata est ad volendũ id qđ voluntas filij tui/et tua/vult. Creat̃ aũt volũtas cuiuslibet libera: ad libere volendũ velle filij tui/et velle tuũ. quod est quia plus potest velle libere: in bonitate/magnitudine/pseuerãtia/potestate/et amore/ q̄ coacte. et quoniã ipsa volũtas est libera: non vult se subijcere intentioni qua creata est libere/aut intentionibus se subijcit alienis/ quibus non est creata. qđ habet esse in illis: qui plus diligunt seipsos/aut alia/q̄ filium tuum/et te. tu autem regina hoc velle nõ deberes: nam eidem intẽtioni qua volũtas creata est/ debeo subijcere

Oratio

voluntatem/et eam stabilire subiectam eidē. Audi regina clemēs/est ne hoc bonū: vt quisq̄ plus diligat seipsum/q̄ deum? et plus diligat gloriam suā/aut exaltationē pene/q̄ honorificationē/et honorē benedicti filij tui? ha regina piissima/qualiacūq̄ sint hec: absit hoc. sed facias quomodocūq̄ id fit: vt homines plus diligant deū/q̄ seipsos. heu quid dicam? quoniā quasi omnes homines plus diligūt seipsos/q̄ deum: et nemo plus diligens seipsum/q̄ deū/existit in saluationis statu. vnde scire potes paucos tendere in partē filij tui/et tuā: ⁊ multos in partes/cateruasq̄ demonū. quare bene faceres/si mitteres homines per mundū predicantes/et dicentes: quia nemo plus diligens seipsum/q̄ deū? existit in statu saluationis/et illi clausum est regnū celoꝝ.

Questio — Questio. Oratio (dixit eremita) duoꝝ hominū alio subijciente suā voluntatē suo intellectui/et alio subijciente suū intellectum sue voluntati/questio est: vter eoꝝ plus habet obediētie.

Intentio — Ait intētio: quidā monachus obediebat abbati suo/vt obtineret saluationē: videbatur enim illi per virtutē obediētie/gloriam se lucrari posse eternā. Idcirco diligebat obediētiam/obediens abbati suo in omnibus quibus poterat: et frequētes aduersus obedientiam tentationes/⁊ maximas patiebatur/adeo vt nimiū infestaretur illis: et interdū parum deerat quin fieret suo abbati inobediens. Cūq̄ monachus ille/his tentationibus sic affligeretur: quadā die orauit beatam dei genitricē vt iuuaret eū suas portare et superare tentationes/quoniā valde timebat ne aliqua vice fieret inobediens/ et per inobediētiā formidabat ne iudicaretur in dānationē. finita oratione superuenit ei voluntas obedientiam amādi potius intentione dei/et gloriose matris eius/q̄ intētione sue saluationis: deinde cū inuadebat eū tentatio inobediētie/cōfestim superabat tētationē: vnde ꝑpēdit quoniā obediētia quā habebat intētione habēdi gloriā non erat tante virtutis quāte obediētia quā habebat ad deū/⁊ gloriosā eius genitricē amandā.

De auxilio. Cap. XXX

Questio — Laude quesiuit eremita: quid esset auxiliū? que respondit dicens: Auxi-

Laus — a — lium est fortificatio debiliū/et eoꝝ deductio ad illud (quod desiderant) cōplemētum. Et quoniā beatissima dei genitrix est iustoꝝ et peccatorū auxilium: de auxilio laudemus eā hoc modo. Gloriosa dei mater (ait laus) de sua bonitate/magnitudine/perseuerātia/et potestate: iustis auxiliatur. ita vt de bonitate sua auxilietur bonitati iusti/et de magnitudine sua magnitudini eius: ⁊ hūc in modum de reliquis. quia bonitas illi⁹ debilis est ⁊ modica: ad gloriā acquirēdā. Est enim eterna gloria tanta: vt nemo quātūcūq̄ iustus/et sanctus/dignus sit eā habere. quia maior est ipsa: q̄ bonitas illius acquirere mereatur. Est aūt bonitas gloriose virginis dei matris/adeo excellēs/ et vberās/q̄ bonitati hominis sic auxiliatur: vt de suo recolere/intelligere/et amare/magnificet eam inq̄tū recolit eā. magnū certe est bonitati hominis: ipsam dei matrē/recolere eam. de suo similiter intelligere/et amare magnificat eā. magnū enim est bonitati hominis: vt a beata dei genitrice intelligatur/ac ametur. Cum ergo beata dei mater bonitatē iusti magnificet inq̄tum recolit/intelligit/ et diligit eam: auxiliatur quidem illi bonitati/ad eam recolēdam/intelligendam/et amandam/a filio suo. et sic ascendit iustus ad gloriam: cum recolitur/intelligitur/⁊ amatur a beata virgine gloriosa/ ⁊ a filio suo. Et si gloria eius est magna: est vtiq̄ magna recordatio/et magn⁹ intellect⁹/et magnus amor/quos deus et eius gloriosa mater habēt ad ipsum iustum. Homo licet sit peccator/bon⁹ est: cum sit creatura. bonitas enim/est vnum de principijs ei⁹. Illa quidem naturalis bonitas/hominis in peccato iacētis in peccatum lapsa est:

quoniam habitu peccati est induta: pro quãto homo iacet in peccato mortali. vnde ipsa naturalis bonitas: et cetera naturalia principia (de quibus homo naturaliter constat) ligata manent/et incarcerata/sub iusticia filij gloriose virginis marie. Ipse quidem peccator nullũ habet aliud remediũ: nisi recolat/intelligat/et diligat bonitatẽ/magnitudinem/perseuerantiã pijssime matris dei. quoniã sic auxiliabitur bonitas eius bonitati peccatoris: et magnitudo eius magnitudini illius. et sic de alijs huiusmodi. nã quatenus peccator recolit/intelligit/et diligit ipsã misericordie matrẽ: agit bonũ. et sic habet bonitatẽ naturalẽ/et accidentalẽ: quibus bonitas naturalis et accidentalis ipsius matris dei auxiliãtur. similiter et magnitudo/et pseuerantia ipsius/magnitudini et perseuerãtie illius. Et isto modo auxiliatur ipsa pietatis mater pctõri q captiu⁹ est et incarcerat⁹ in peccato/et vincula peccati dissoluit/ eũqꝫ liberat a peccato: deducẽs eũ sub vmbrã sue misericordie/et filij sui. et tunc auxiliat ad indulgendũ ei: et ad dandã illi gloriã sempiternã. Hoc siquidẽ auxiliũ nũqꝫ peccatori deesse nõ potest: q̃tũcũqꝫ peccauerit enormiter/si velit cõuerti ad fontẽ misericordie/et pietatis/scilicet ad beatã dei genitricẽ: eã recolẽdo/intelligendo/et amãdo. nã auxiliũ (quod ipsa peccatoribus impartitur) tãte excellẽtie est: vt estimari nõ possit. Peccatorẽ enĩ sub ira dei cõprehẽsũ/incarceratũ/et vinctũ per omnes limites et vias nullũ habentẽ aliũd remediũ: facit ipsa regina pietatis amari a filio suo et illi ĩdulgeri et dare gloriã ĩeternũ. Quis ergo (inquit laus) auxiliũ hoc estimare potest? Demones (inquit laus) sunt hostes crudelissimi hominũ famulantiũ gloriose virgini dei matri. tãti etenĩ sunt illi in malicia sua/et in potestate: vt nemo quãtũcũqꝫ iustus/et sanctus/possit se protegere ab eoꝝ insidijs et astucijs preter auxiliũ dei/et gloriose virginis matris eius/et angelorũ beatorũ. ipsa nãqꝫ beata dei mater filiũ/et ãgelos beatos illi procurat auxiliari: et ipsamet eidẽ fert suppetias q̃tũ potest. ita vt quicunqꝫ in eius custodia et defensione se regat: nullus demon ei aliquomodo nocere valet. Et ideo cũ demones toto posse suo tentant homines: tunc ipsa regina potestatis eis auxiliatur/resistens demonibus vi bonitatis sue vincẽtis eorum maliciam/et vi magnitudinis sue vincentis eorum magnitudinẽ/et vi potestatis sue vincentis eorum potestatem/et vi sapientie sue vincentis eorũ astutiam/ et fraudẽ/et vi humilitatis sue conterẽtis eorum superbiã. quare nemini ẽ timere oportet malitiã demonũ: cũ teneat dei genitricẽ sibi propiciã et postulat ab ea auxiliũ et succursũ.

Questio. Laus (ait eremita) quibus auxiliatur plus dei mater: aut iustis/aut peccatoribus? Questio

Retulit intẽtio dicens: quidã sanctus homo multũ scrutabatur naturas et proprietates intentionis: vt virtutẽ quã habet intentio secũdũ suas proprietates/et suã naturã pern osceret. hoc autẽ scrutiniũ faciebat ipse: vt virtute intentionis aduersus tẽtationẽ iuuaretur. et accidit semel vt ipse super luxuriã tẽtaretur: et tunc recurrit ad intentionẽ/ considerãs vilitatẽ luxurie/et turpitudinẽ actus luxuriandi: que tãta est vt ne modo factu/sed et dictu/et scriptu/sit fedissima. hanc siquidẽ consideratione habuit intentione euadẽdi tentationẽ. sed cũ pre magnitudine illius nõ posset eã infringere: cõsiderauit infernales penas/ vt pre timore illarũ/dissiparet tentationẽ. et q̃uis eas q̃to plus poterat consideraret crudeles/ nichilominus tẽtatio illũ impugnabat: quoniã nimis inualescebat. et tunc accessit ad ignẽ/et cepit digitũ cõburere vt pre dolore digiti sui illã dissolueret tẽtationem: et tunc illi cessauit tentatio. sed in aliã subito corruit deteriorem: videlicet superbie et hypocrisis. tunc igitur incepit considerare mortem/et putrefactionem ad quas venturus erat/esca vermibus: vt aduersus tentationem auxilium sibi vendicaret.

Intentio

sed quia tentatio nimis inualescebat cum omnibus his machinamentis non pote-
rat se aduersus eam tueri/ac protegere. sed tunc cepit considerare humilitatem/et
passionem ihesu christi/et humilitatem/et patientiā gloriose virginis matris eius:
et superauit tentationem. Itaq3 vincebat bonus homo tētationes/in quas incide-
Oratio rat: scrutando naturam/et proprietates intentionis. Potentissima domina (in-
quit oratio) indiges auxilio tuo nimis. homines nanq3 deuiare fecerunt mundum
ab intentione sua: qua creatus est. Nonne filius tuus creauit mūdum: vt ipse mul-
tum cognosceretur/et diligeretur ab hominibus? homines autem mūdani q̄ntum
possunt conantur alia cognoscere/et amare: et obliuiscuntur intentionis qua mū-
dus creatus est. Tu autem prudētissima scio aliquos homines numero paucos/⁊
modicos virtute/et autoritate/qui q̄ntum possunt vtilitatem tractant publicam/vt
restituatur mundus intentioni qua creatus est. Sed quid prodest hoc: cum nō ha-
beant adiutores? vnde te oro vt eis sis auxilio/quatinus ipsi (q̄uis sint indigentes
et debiles) valeant auxilio tuo ad tam excellentis/et nobilis operis optatum per-
uenire complementum. Optimū quidem opus operaberis excellentissima domi-
na: si auxiliaberis eis. quoniam per id quod tractant: potest totus mundus (te pre-
side) ad veram venire conuersionem. vnde sequetur illorum saluatio qui corruunt
in perditionem. atq3 filio tuo/et tibi consequetur inde laus/et honor: et mundus ad
finem ob quem creatus est redigetur. Auxilium quidem tuū quod ꝓ illis peto/est:
vt tantam virtutem sermonibus eorum impendas/quo ipsi mouere possint domi-
nū papam/et prelatos/et religiosos ecclesie catholice/et principes christianos ad
diligendum negocium quod ipsi tractant. videlicet vt discātur infidelium diuersa
idiomata/et fiant monasteria in diuersis terris vbi doceātur: vt per ea in vniuer-
so orbe euangelia predicentur/et sic de alijs prout recitatum est superius in ptra-
ctatione de fide/⁊ elemosyna. hoc ergo auxilium regina gloriosa facile dare potes.
Multi enim sunt homines hoc negocium appreciātes/et laudantes: sed per se ni-
chil agent vltra. expectant enim a fortiori se moueri. motus autem illorum: bonita-
tis/perseuerantie/et potestatis/magnitudinem requirit: quam non habent parui
homines cōmunem vtilitatem tractantes. Tu virgo pia/nauigātibus in mari: au-
xiliaris in vndarum tempestate. sine cuius auxilio tuo sepe naufragarentur in vn-
dis. tu auxiliaris in bello militibus pro iusticia pugnantib⁹: et auxiliaris bone mu-
lieri super infirmitatem filij sui: et istis/et illis: et quibuscunq3 tibi placet auxiliaris.
quoniam preter auxilium tuū/nec milites in bello preualere possunt: nec alij a suis
periculis liberari. ergo cum istis auxilieris: cur etiam non auxiliaris eis qui hono-
rem filij tui/et tuū quātum possunt pertractāt? Mirabilia quidem sunt hec de te/et
de filio tuo: quoniam tot hominibus auxiliamini/⁊ vestro met honori auxiliari de-
sistitis. Scio ne: quid facient illi homines tā modicum appreciati/tā modicū adiuti/
et tā modice potestatis? dimittēt dolēter tuū negociū/et tue cure solus cū fletibus
relinquēt: et vide tū ene (si mūdus rēdat in ꝑditionē) filius tu⁹/et tu modicū curare
videamini. hoc certe si ꝯtigerit: preter eoꝝ/et meā volūtatē ꝑenit⁹ erit/qui inde ni-
chil aliud potuim⁹ vltra. Et ego excusationē meā habes: qm̄ multociēs sup hoc te
oraui. Tu aūt ꝟgo auxiliari teneris: ex quo tātū auxiliū tibi factū est. Et si in die an-
nūciationis tue ab āgelo/nō esset tibi factū auxiliū a sācta natura diuina: posses ne
sufficere tāte ꝟtuti/⁊ tāte bonitati/vt fieres digna esse dei mater? et posses ne simul
existere mater ꝟgo/⁊ mater melioris hois q̄ sint ceteri hoies/⁊ q̄ oēs āgeli/⁊ cete-
re creature? ha gratiosa dn̄a/placeat tibi vt auxilieris. Qz si nō: videberis quidem

ociosa/et nō habere recordationē magni auxilij tibi facti. nec apparebis esse mater
peccatoꝝ:qui die noctuq; ad te clamant/tuū auxiliū inuocantes. Auxiliare pia/bo=
nitati contra maliciā/magnitudini contra paruitatē/et virtutib⁹ contra vicia:quia
sic reducetur mundus in suum finem optimum. Q si non:perditur et interit mūdus
et remanet relictus sine domino suo/et sine sua domina. Questio. Oratio (dixit Questio
eremita) quero a te/vtrū beata dei mater: libentius te exaudiat pro mulieribus/q̄ Intentio
pro viris. Narrauit intentio dicens:quidam homo occidit patrem suum/et ex
matris incestu genuit filiū. Quadam autem die/cum esset ille in platea: quidam ho
mo alter/coram ipso multum iniuriose alterum occidit virum. Ille vero qui patrem
suum occiderat:homicidam illū apprehendit/et tradidit iusticie. qui protinus ani=
maduersione facta: vili morte moriēs/infami de furca pepēdit. hoc facto:is qui pa=
trem suū occiderat/contritus est valde de peccato quod perpetrarat/ eiq; visum est
quia suum patrem occiderat/ꝛ quia incestū cū sua matre commiserat:morte corpo=
rali/et spirituali se puniri debere. tantūq; considerauit magnitudinē horum reatuū:
vt desperauerit de misericordia dei/et auxilio beate virginis matris eius. Verū=
tamē proposuit diligere beatam dei genitricē:vt ipsa auxiliaretur ei/saltem vt ali=
cui⁹ pene prestaret ipsa refrigeriū in iferno. Et quoniā peccator ille/ in aliquo con=
fisus fuit de auxilio beate dei matris:confidentia illa mediante dei genitrice in tātū
eū adiuuit/vt beatissima domina nostra multiplicauerit ei confidentiā/in tanta ma=
gnitudine bonitatis/perseuerantie/et virtutis. et ipsa tantam magnitudinē addidit
confidentie sue: quousq; in multiplicādo confidentiam suam/in tātam spem erectus
est/vt sperauerit ex toto auxilio beate dei genitricis marie se cōsecuturum veniam/
de horrendis facinoribus admissis. et tunc ipse mutauit intentionem qua diligebat
dei matrem:in intentionem nobiliorem. dilexit enim eam extūc: vt apud filium su=
um in tantum auxiliaretur ei/vt ipse indulgeret ei commissa sua. et tunc habuit spē
venie/et saluationis:auxiliante beata dei genitrice. Adhuc tamē non diligebat eā/
intentione perfecta:sed ipsa pietatis mater/intentionem mutauit ei altius vno gra=
du. multiplicauit enim amorem illius peccatoris/quem habebat ad eam:donec ex=
cellentiori et magis studiosa intentione dilexit eam. videlicet donec dilexit eam ꝑ=
pter bonitatem/magnitudinem/et perseuerantiam/ virtutem/sanctitatem/et amo=
rem ipsius gloriose dei matris. tunc huius peccatoris intentio in suum gradū ve=
nit cōpletū: propter cuius cōplemētū habuit auxiliū gloriose dei genitricis. et cōse=
cutus est misericordiā /et indulgentiam de suo peccatis: agēs postea penitentiam/
viuens in iusticia et sanctitate.

De aurora. Cap. XXXI

Aus (ait eremita) Scis ne quid est aurora? que respōdit dicens: aurora est
l principium splēdoris/ꝛ finis tenebrarū. Quoniā ergo beata dei genitrix Questio
est iustorū/et peccatorū aurora: sub aurore similitudine laudem⁹ eam hoc Laus
modo. Est ergo beata dei genitrix: aurora splēdoris (inqt laus) qm̄ in ea sumpsit
carnē dei fili⁹ qui est lumē luminū/et oīs splendoris splēdor. Idcirco fuit ipsa beata
virgo maria/sic illuminata splēdore in incarnatione filij dei: vt ipsa sit pricipiū splē=
doris iustis/et peccatorib⁹. pricipiū autē est splēdoris sanctis prophetis: qui ꝓphe
tātes de illo splēdore/diu considerauerūt eū. Lux est quidem ꝛ splendor/ipsa beatis
sima dei mater peccatoribus: quoniam ex ea orte sunt misericordia/venia/et recre=
atio totius generis humani. ꝛ i ea finite sunt tenebre: quibus totum genus huma=
nū tenebatur/pro delictis primorū parētū. Cū ergo ille tenebre tāte essent vt totū

genus humanū comprehenderent/et tantus sit splendor eius/ vt eas expulerit/et ipsa beata virgo maria sit huius tanti splendoris principium/et harum destructio tenebrarum: quis cogitare potest in quanta excellētia sit ipsa domina nostra/splēdor maximus/et aurora/atqꝫ finis inestimabilis/et destructio tenebrarum? In aurora incipit sol suam detegere claritatem/et lumē dare terre/que in nocte fuit tenebris obumbrata. Tempore noctis/propter tenebras: oculi lucis patiūtur eclypsim. tempore noctis deambulant fures. tempore noctis luxuriosi ad actus se exponunt luxuriosos. sed fulgescente aurora: oculi recuperāt lucē suā/ incipiētque splendorem cernere/et iniqui homines incipiunt fugere/ et aduenit consolatio ad corda bonorꝝ hominū qui in nocte/proposuerunt agere opera bona in die/ cunus aurora precucurrit. et multo melius in aurora que est ipsa clarissima splēdoris mater: incepit dei filius suam ostendere deitatem/mundum purgantem ab erroribus/et fugātem ignorantie tenebras/et malorum operum/et peccati. Ille ipse est illa dies que nulla nocte clauditur: a cuius facie maligni fugiūt homines/ ꝛ peccatores. que consolationem iustis tribuit/et salutem. Ex hoc splendore quo virgo aurora refulgēs tota pregnans fuit/summū lumen fudit: illuminās cetera lumina/ cui nulle tenebre resistere possunt. Ex illo lumine sumpserunt sapientiam/et claritatem: omnes preteriti/presentes/et futuri. Sine illo lumine nemo extra tenebras potest emergere. totius illius luminis: est ipsa preclara virgo maria claritas/et aurora. In luna et syderibus aliqua inest claritas naturalis: sol autem de claritate sua maiorē influit in illa claritatem/ꝙ per se essent habitura. sicut igitur sol suo splendore/et claritate sua/aliorum splendorum/ ꝛ luminū/lumen est/et fulgor: sic ipsa aurora consolationis dei mater/de bonitate sua lux est/et splendor omnibus bonitatibus iustorum/ et peccatorum: et de magnitudine sua/magnitudines eorum illuminat/et de sua perseuerantia/potestate/sapientia/amore/veritate/gloria/gratia/iusticia/ ꝛ sanctitate illuminat eorum perseuerantiam/potestatem/amorem/sapientiam/ et huiusmodi reliqua. nam de omnibus his et eis omnino que in ea sunt: clarificat ipsa/et illuminat/sanctificat/ ꝛ purificat illas similitudines/que sunt in ea. vnde verissime potest ipsa dici lux/claritas/ et aurora bonitatis/ magnitudinis/ perseuerātie/potestatis/ sapientie/et amoris. Et quoniam bonitas maior est in ea/ꝙ claritas in sole: ideo illuminat eius bonitas vehemētius bonitates hominū/ꝙ claritas solis ceteras claritates. ꝛ quod de bonitate sua dictum est: idem de sua magnitudine/perseuerātia/ potestate/sapiētia/amore/ ꝛ virtute/intelligēdum est. Cum ergo in sole tāta sit claritas/et aurora: quis cogitare potest in quanta excellentia ipsa dei genitrix claritas est/ et aurora cum magnitudine bonitatis ceteris bonitatibus/ et cum magnitudine perseuerantie ceteris pseuerātiis: et reliquis huiusmodi? Questio. Laus

Questio (ait eremita) est ne beata dei genitrix errātium aurora? Recitauit intētio dicēs:

Intentio quidā pauper in corde suo proposuit operari quidquid ageret intētione seruiendi/ honorādi/et amādi deū: ꝛ gloriosam eius matrē. nā quia ad hoc creatus erat: par illi esse videbatur hac intētione qua creatus erat/se opari debere quidquid agebat. Cōsiderauit autē ille valde modū p quē posset ligare volūtatē suā/ad hāc intētionē quā habere cupiebat. Et qm̄ nō poterat modū reperire/ orauit beatā dei genitricē: vt ꝯcederet ei gratiā qua posset eū inuenire. Oratione aūt facta ꝓposuit in corde suo mori ad honorādum deū/et gloriosam eius matrē: dādo cognitionem fidei christiane eis qui ignorāt/et nō diligūt eā. Iterꝝ ꝓposuit tractare: quo pacto multi esse possent in eadē intētione. Hoc itaqꝫ apud se pmanēte: fecit hoc ꝓpositū/ sue volūtatis lumen

et aurorã: vt ipse ad propositũ alligaret eã/in quibuscũqȝ ageret/et diceret. Et ideo
quotienscunqȝ proponebat quicq̃ȝ aut agere/ aut dicere discernebat: vtrum id ad
propositum illud faceret/et si sic/procedebat. sin minus/omittebat illud: cõuertens
semper voluntatem suam ad illud propositum. In tantum: vt omnia sua opera/ et
dicta conuerterẽtur ad id quod pertinebat ad aurorã suam/ quã in animo forma
uerat. in qua scilicet aurora: illuminabat/et dirigebat omnis ad intentionem suam.
quecunqȝ vero cõtingerent intentioni sue cõtraria: proijciebat ea ex volũtate sua/ ꝛ
ex omnibus operibus eius. Et si in aliquibus eũ errare contigisset: protinus reuer-
tebatur ad intentionem suam/et ad aurorã que illũ illuminabat/ ꝛ ipsum ad suum
propositũ dirigebat. Orare desiderauit oratio beatã dei genitricẽ/sub ratiõe au- Oratio
rore ꝛ subintulit hos sermones. Tu domina p̃clarissima lux es/claritas/et aurora:
etiam multo melius q̃ȝ laus cogitare/ac dicere possit. Ex quo igitur tu es aurora in
tanto splendore bonitatis/magnitudinis/ perseuerantie/ et potestatis: placeat tibi
vt destruas/et priues tenebras cordiũ prauorũ hominũ: que sunt in eorũ recolere/
intelligere/et diligere. nã sicut vere nosti/quasi oẽs hoĩes huius mũdi in volũtatibꝰ
suis obtenebrati sunt: q2 plꝰ diligũt seipsos/aut aliud quicq̃ȝ/ q̃ȝ te et filiũ tuũ. Nã si-
cut in absentia solis/assunt super terrã tenebre: sic et multo verius etiã assũt tenebre
in ea volũtate/cui abest hec claritas que est plus diligere bonũ/ ꝛ nobile/ q̃ȝ id quod
est inobile modicique valoris. quare te piam inuoco: vt tu aurora/et claritas boni-
tatis/magnitudinis/et perseuerantie/illumines tua bonitate/magnitudine/et per-
seuerantia voluntates hominũ in tenebris deerrantiũ/que ducunt eos ad eternas
tenebras/vbi nõ erit vnq̃ȝ/nec claritas/nec aurora. Regina regum et reginarꝫ dña:
tu scis multos esse hoĩes q̃ nõ recolũt/nec diligũt/neqȝ credũt te esse lumẽ/claritatẽ
et aurorã: quoniam non est qui te reuelet eis/nec est qui de te loquatur. Illis igitur
nõ nascitur claritas/nec aurora recolẽdi/intelligendi/et amandi te: quoniã in tene-
bris sunt eorũ memoria/intellectus/et voluntas. cũ enĩ non te recolãt/nec te intelli-
gant: te quidẽ nõ possunt amare. vnde oro te preclarissima virgo vt in eorꝫ recolere/
et intelligere: assis eis/lumẽ/claritas/et aurora. Nonne sol/et aurora/quibꝰ non est
tanta claritas q̃ȝ tua est: illuminãt oculos eorũ ad contuenda multa? ergo splendi-
dissima/ tu ne vnq̃ȝ illuminabis eorũ memoriã/ et itellectũ/ad recolẽdũ et intelligẽ-
dũ filiũ tuũ/et te/bonitates/ ꝛ magnitudines vestras? immo certe domina. Et si nõ:
sol quidẽ videbitur melius suo officio vti: q̃ȝ tu et filius tuus. et melius dare splen-
dorẽ suũ q̃ȝ tu tuũ. et si sic: quid igit̃ dicent de te laudatores tui: ꝛ iusti/ ꝛ peccatores?
Regina bonitate/magnitudine/sanctitate/virginitate/misericordia/ ꝛ iusticia/co-
ronata: bene quidem scis aurorã existere mediũ inter diẽ et noctẽ/ verũtamẽ magis
ad diẽ inclinatur q̃ȝ noctẽ. nam aurora est/vt sit dies: non autẽ vt sit nox. Ita regina
existis aurora/iter filiũ tuũ et peccatores. filius quidẽ tuus/dies est splendoris: pec-
catores vero sunt nox/in tenebris/et peccatis. ergo tu aurora misericordie/ que p-
pinquior es filio tuo q̃ȝ peccatoribus: diffunde lumen filij tui ad peccatores/ nec p-
mittas eos iacere in tenebris/et in vmbra mortis. Quod autem tu aurora splendi-
da diei penitus cedas/nec recorderis noctis: hoc siquidẽ de te possibile nõ videtur/
nec equidẽ credo vt penitus tu peccatorꝫ obliuiscaris. et si mater dei es: similiter et
peccatorꝫ/mater es. que igit̃ mater obliuiscit̃ filiorꝫ suorũ: maxime cũ sint ĩ tenebris
et in vmbra mortis? ha virgo regina p̃clarissima absit hoc: sed miserere ꝛ illumina
totũ mũdũ/cuiꝰ penitꝰ es lumẽ/claritas/ ꝛ aurora. Questio. Mirabat̃ eremita
q2 tot homines sedẽt ĩ tenebris nõ vidẽtes lumẽ/neqȝ claritatẽ/nec aurorã/et que- Questio

fluit ab oratione: vbi nã abcessisset beata dei genitrix/ que est peccatoribus aurora.

Intentio Recitauit intentio dicens: homo quidã ascendit in quendã altũ montẽ/ et age-
bat illic penitentiã flens super peccatis suis: quia deũ offendisset/ plorans/ atqȝ ge-
mens. Jlle siquidẽ cõsueto more media de nocte surgebat: et in oratione stabat/ as-
piciens celũ/ et stellas/ vt orationẽ suã fortificaret. et cũ videbat oriri aurorã: consi-
derabat diẽ mortis/ que est aurora iustorum/ ex hac vita tenebrosa transeuntiũ in illã
diem/ vbi est splendor eternus/ et gloria sine fine. Jllo sic considerãte: ecce venerũt
praui homines/ predones/ et pertractũ ceperunt illũ incarcerarũt in loco vbi clari-
tatẽ videre nõ poterat/ nec aurorã. Jlle quidẽ captus in quodã erat castello: in quo
in cuiusqȝ noctis fine/ ac termino/ tubicinabatur ad auroram. et ad sonitũ tubicinis
significantẽ aurorã ille letabatur: recordans leticiã in qua solitus erat existere. et in
hac bona recordatiõe/ delectabatur de bonitate intẽtionis sue: dũ existeret in loco
vbi prius in monte manebat. ⁊ accidit ei semel cũ audiret tubicinantẽ ad auroram/
et inde cõsolaretur: vt quidã serpens horrẽdus in illũ carcerẽ accesserit/ et ascẽderit
super illum qui stabat genibus flexis. et cum venisset vsqȝ ad collum eius/ circũuol-
uit se circa illi⁹ collũ: sicqȝ remansit collo illius circũplexus vsqȝ dũ tubicinaretur ad
auroram. hoc autem factum est: vt penitus non cõsolaretur in aurora/ sedploraret
in ea super peccata sua/ timens iudicium/ et iusticiam dei/ per quã recordaretur mi-
sericordiam pijssime dei genitricis marie.

De fine libri huius. Cap. XXXII

c Um Laus/ oratio/ intentio/ et eremita: sermones suos terminassent/ scḋm
trigiuta capita iam expleta: Laus inquit: tu domina oratio/ et tu domina
intẽtio/ atqȝ tu domine eremita: audiuistis/ et intellexistis modũ quẽ ego
tenui/ laudãdo beatam dei genitricẽ. bene quidẽ cõfiteor/ ⁊ vltro cõcedo me nõ lau-
dasse ipsam prout eã laudari decet: verũtamẽ quod potui id effeci. Si enĩ potestas
mea eadem esset/ ac mea voluntas: vtiqȝ superexcellentius eã laudauissem. nã quãta
est volũtas mea: tãtũ desiderat/ gaudet/ et exultat laudare/ et honorare gloriosam
virginem dei matrem. Si autẽ eã laudãdo in aliquibus defecerim: me tedet ꝙ plu-
rimũ. Scit enim ipse deus: me/ ex certa non errasse sciã. Parata attamen sum corre-
ctionem/ et doctrinam a vobis super hoc recipere. Hec eadem/ similiterqȝ dixerunt
oratio/ intentio/ et eremita. Completis sermonibus suis/ cõsenserunt in vnũ vt re-
uerterentur omnes in mundũ: ad colendum/ amãdum/ et honorandum beatissimã
dei genitricẽ: videlicet laus laudando/ et oratio orando/ et eremita questiones ꝓ-
ponendo ad gloriã/ et honorem/ reuerẽtiam/ amorem/ recordationẽ/ et cognitionẽ
domini dei nostri ihesu christi/ et gloriose virginis marie eius genitricis.

Finit liber Remundi lullij pij eremite: de
laudibus/ intentionibus/ et oratio-
nibus sacratissime virginis
Marie/ Matris dei
honoratissime.

Pij eremite Remundi de natali paruuli pueri Jhesu liber.

Deus cum tua gratia: incipit liber natalis
paruuli Christi Jhesu.

¶ Epistola ad magnificum dominū regem Francie.

Loriosissimo et integerrima charitate īsignito/illustrissimo dño Philippo
g magnifico/dei gratia frācorum regi. Paruulus enim qui natus est nobis/
et filius qui datus est nobis(quē inuenire cupim⁹)homo Christus ihesus:
bonum regimen tibi tribi tribuat/teq₃ totum ad sui gloriam/et honorem dirigat. O
rex clementissime. et hoc opusculum alacri mente suscipe: in quo benedictum pue-
rum/aliquatenus vt viator cōtemplari valebis. quo tandem ad ipsius vtriusq₃ na-
ture cōtēplationem/peruenire te faciat: qui vna cum patre et sancto spiritu regnat
in trinitate persone/deus benedictus. Amen.

Prohemium.

A domine in te credentibus affectum/actumq₃ tibi placendi consimilem/
d atq₃ mente perseuerandi irreuocabile propositum/et nullam cum infideli-
bus portionem: legisq₃ tue preceptum adimplere. Fac nos domine sine
elatione veraces/sine fictione humiles/sine dissolutione hilares/sine errore iustos/
sine iactantia mites/sine penuria pauperes/sine auaricia diuites/doctos studere fi-
eri/non arrogantes velle videri. Cap. I

Ccidit pridie iuxta secane fluenta nō procul a parhisio: dominas sex in lo-
a co amenissimo sibi inuicem obuiasse. quarū nomina sunt hec Laus/oratio/
charitas/contricio/confessio/et satisfactio. Quarum Laus primo: de ho- Laus
minibus huius seculi hunc in modum questa est. heu(inquit laus)homines nō lau-
dant deum in se/propter se: et eundem in alijs propter seipsum ordinate. cum ipse sit
essentia summe nobilis/et summe digna/dignitate quidem incomparabilis/et in-
superabilis potestate communicata tribus diuinis suppositis: que sola propter se/
laude sunt digna. sed laudant eum extra se: propter bona plurima/que illis ipse lar-
gitur. quibus laudibus nūq₃ ero contenta. immo vero tristis/dolensq₃/audio frequē-
ter deum plerosq₃ blasphemare/et eius imminuere potestatem: dicentes ipsum per se
non posse omnia sine causa media/vt sine celo. Et si semel ab aliquibus veram eius
audio laudem: millies tamen cogor audire/pro laude blasphemias/et mera delira-
menta. ideo michi esset satius hunc mundum relinquere: et aliqua in solitudine ha-
bitare eremū. ne tam indigna de deo/qui omni laude dign⁹ est(sed solum vera) to-
tiens audire cogerer.

Secunda domina. Cap. II

Orauit oratio. heu q̄₃ tristis/merensq₃ doleo: quoniam deum verum (qui Oratio
m de se super oīa est adorand⁹/altissim⁹ bonitate/magnitudine/et potestate/
sine mutatione eternus/in veritate sapientissimus/voluntate optimus/
iustissim⁹ cū misericordia/et perfectissimus in gloria)requiror ab hominibus ado-
rare: vt eis ipse bona terrena largiatur et tribuat/potius q̄₃ gloriā sempiternā. vnde
res admiratione digna est: quo modo hoc de⁹ valeat de me sustinere/ et quo modo
me amplius sinat viuere. Utinam tales homines: meum nomē nūq₃ nouissent. nec
de ipsis audiuissem aliquando. Et hec dicens fleuit oratio.

Tertia domina. Cap. III.

Ost quā locuta Charitas: non immerito inquit tristes sumus charissima Charitas
p soror. nam et ego sum virtus nobilissima/ adeo hominū voluntati con-
cessa: vt per me deum super omnia diligant. et sicut seipsos: suū proximū/
ordine semper ad quemlibet seruato. sic vt bona terrena: bonis essent cōmunia. eis
ea lege tributa: vt pax et concordia vniuersaliter inter eos conregnarent. verum

longe aliter euenit/et omnino vt apparet oppositum: quod etiam ordinem ipsum turbare videtur/et summā inducere confusionem. Quoniam fame pauperes perierunt/nudi sunt/et neglecti/ querunt/et non inueniunt: et diuites bonorum superfluitate superbiunt. a qua oriuntur gula/ auaricia/et alia innumera mala: erga me hodie/aut paruam/aut nullam curam gerunt: immo totaliter me negligūt. Quid ergo putāt peccatores sine me facere? quoniam si quis in regnum introierit: mecum introibit. nec extremū iudicium eterni iudicis aliquis poterit impedire: neqꝫ eum decipere/cum sit sapientissimus/et videat aperta omnia/et occulta. Heu quantum/ qꝫ grauiter doleo: quia subiectum nullum reperio/in quo actionē habere valeā/ atqꝫ in melius ipsa proficiam. ꝛ si quando quis me habeat/ociose me ipse tenet: ꝛ est nature mee contrarius/et sibi ipsi qꝫ plurimū est nociuus.

Quarta domina. Cap. IIII

Contritio — d — Einde ait contritio: Quando recordor quot mala in mundo sunt et fiunt/ videns male disponi entia/ vt eidem veniant et peiora: miror quomodo possim viuere/aut in volūtate existere/per actum positiuū vel priuatum. voluntas etiam hominū michi contrariatur. quia quādo maxime expediret me in ipsa actum ponere vt peniteret/displicentiamqꝫ de cōmissis haberet: se diuertit ad actum cōtrarium. nec veretur diuinū iudicium: quod expectat. Quapropter tota difformis sum/et infirma: a meaqꝫ natura penitus aliena. volūtas autē huiusmodi sic peruersa: eternis supplicijs relinquitur affligenda.

Quinta domina. Cap. V

Confessio — p — Ostqꝫ ita locute sunt quattuor domine: Laus/oratio/charitas/ꝛ cōtritio: confessio quinta domina sic orsa inquit. Ego sum virtus: per quam sciāt homines de cōmissis confiteri/et se reos accusare. ita vt assit mentis vera contritio/que mea germana/et soror est: et verbum menti respondeat. nichilqꝫ occultum remaneat: quin exterius referatur. recordetur memoria/ videat intellect⁹/ quid fecit/et quomodo/deum vel proximū offendendo: per visum/auditum/odoratum/tactum/gustum/loquendi modum/modisqꝫ alijs quibuscūqꝫ. et satisfactionem cogitet sibi possibilem et condignam: et toto animo peccata displiceant/et pro eis inuicta penitentia compleatur. Sed idcirco doleo/merroreqꝫ afficior: quia raro sum in hominibus quādo confitentur. Quid dicam/quid faciā/ vbi stabo? cum amicum nequeā inuenire. Et nouit deus vt quotidie tristor vehemēter ꝛ acerbe/et nunqꝫ letabor in posterum: quousqꝫ in hominibus inuenero verū esse.

Sexta domina. Cap. VI

Satisfactio — a — It satisfactio/ancilla iusticie vere obediens/et deuota. Justicia precipit/ vt de omni actu hominis fiat satisfactio: quo deus vel proxim⁹ est offensus. Si visu cōmittitur: vigilijs/lachrimis/et cordis suspirijs a vanitate huius seculi faciem auertendo satisfaciam. Si auribus audiendo illicita: conuertā ad dei laudes/et diuina efficia audienda. Et si gustu deliquero: satisfaciā ieiunijs/ sapores/cibosqꝫ supfluos (quib⁹ humana fragilitas nata est lasciuire) dimittēdo. tactu satisfaciā: leuibus et mollibus pretermissis/dura et aspera eligendo. Ancilla sum iusticie: vt castitatis virtute polleā/prout suadet ꝛ precipit christiana religio. ꝛ vt deo satisfaciā de imaginatione/mēbris/potētijs/ꝛ actibus hoīs quibuscūqꝫ: et vniuersaliter dimittā vicia āplexando virtutes/eligēdo penitētiā/iudicio rationis et intellectus stādo scdm mēsurā delicti satisfactionis indicātis: vt tādē sequat cōtritio/laus/et oratio/charitatisqꝫ inflāmet affect⁹. Sed quid prodest tale preceptū

a iusticia michi datum esse: cum iniuria regnet in omnibus? ipsa enim cũ vicijs alijs sociata: auaricia scilicet/gula/luxuria/superbia/ acedia/ inuidia/et ira totaliter me impedit et iusticiam matrem meam. et homines magis vicijs seruiunt q̃ virtuti. Et ex hoc mundus tenebrosus fit/et obscurus. Dum autem quelibet domina hunc in modum locuta fuisset: inierunt consilium vt mũdum relinquerent/ et per deserta vagarentur/ ne vlterius in tanta desolatione homines vicijs induratos viderent. Verum huic consilio obstitit oratio. non est bonum consilium (inquit) vt mundum et genus humanum relinquamus: que nobis a domino deo nostro tradita sunt/ cureq; commissa. nam esset grande malũ: et maiora mala innumera inde sequerentur. Sed michi potius acquiescite: nuper nobis dictũ est/ q̃ puer ex virgine gloriosa in mundo natus est: qui pauper/et paruulus iacet in presepio/pannis paucis/et pauperculis inuolutus. quẽ prophete/quem angeli/mundi saluatorem/et dei filium ꝓnunciant. Et ideo cum filius dei in tãtum humiliatus sit: vt pauper puer natus sit/ inquantum est homo factus/in paupere loco. adeamus ipsum cum audacia/reclamemus cum fiducia: qui tantum humiliatus est. vt ipse nos exaudiat: quatinus a cordibus hominũ extirpemus vicia/et inseramus virtutes. vt quelibet nostrarum suo vtatur officio: et habeat plenarie actum suum. id autem quod locuta est oratio: alijs gratum fuit/placuitq; dominabus. et protinus accelerauerunt ad puerũ paruulum adorandum:

De inuentione pueri. Cap. VII

Bant autem predicte domine de puero sic loquentes: habentesq; desiderium vt adorarent puerum/quelibet suo modo. et cũ venissent ad puerum
i in presepio positũ: iusticia et misericordia hostiarie et ianitrices ipsas accedere propius non permiserunt. donec intentionem explicassent: q̃ vellent puerũ adorare/et cõtemplari quelibet suo modo. et ab ipso obtinere gratiam: vt in mũdo valeant amodo agere ad eius honorem multum fructũ. quod vt ostenderẽt: quelibet incepit suam intentionem declarare.

De Laude. Cap. VIII.

Tante fores prouoluta/laus prior incepit suum affectum manifestare. di- Laus
e gnum et iustum est (inquit) puerum laudari: inquantum bonus et magnus est. quia in ipso humana et diuina actio coniuncta est. nec ad huius laudes sufficio ego: nec aliqua creatura. sed volo dicere: quantum mea virtus sustinet/aut natura. puer iste filius dei est: simul existẽs summa bonitas/magnitudo/virtus/veritas/sapientia/summaq; diuinitas/et est homo /creata bonitas magnitudo/ et virtus: ex quibus vnum est suppositum altius in tota vniuersi natura. per quod facta sunt omnia: et quo conseruante permanẽt vniuersa. ipse puer deus est/ et homo: et vtriusq; predicanus/est de vtroq;. qui in se tres cõtinet naturas: videlicet corporis/ anime rationalis/et diuinã. que duas alias in se suscipiens: in vna conuenit persona. in hoc benedicto puero: facta est totius vniuersi exaltatio. quia homo cum omnibus participat creaturis: et deus homo factus est. Deus pater misit hunc suum filium: vt genus humanum moriendo redimat. et cũ omnibus virtutibus (que in hoc semper benedicto puero summũ gradum habent) in mundo conuersetur/et agat. quis ergo eius aduentum laudare poterit? quis eius progressum? tu es magni cõsilij angelus/ tu es deus fortis/princeps pacis/pater futuri seculi. cuius principatus pro mundi vita: super humerum tuum. et cum hec dixisset laus/siluit: et locuta est oratio.

De oratione. Cap. VIIII

Oratio

a Doro (dixit oratio) puerum benedictum deum et hominem: deitatem et humanitatem/ et bonū in omnibus adoro. quia in ipsum omnis adoratio obiectiue/et finaliter ferenda est. Adoro in ipso summā bonitatē/magnitudinē/et alia increata. et in quātū homo est: ista eadem vt creata. et quia p ipsum omnia facta sunt: adoro suū intelligere/suam bonā voluntatē/et omnē aliā actionē. et ei do totum meum intelligere/posse/et agere: si plus possem ad sui gloriam et honorē dicere. Adoro puerum qui passurus est/sepeliendus/et resurrecturus die tertia. et cum eius gloria/beatam virginē eius sacratissimā matrem.

De charitate. Cap. X

Charitas

a It charitas: puer natus est nobis/et filius datus est nobis. dei fili9 est increata charitas: et ego sum charitas creata et ancilla eius. quid igitur p ipso faciam? omnia libenter perferam: vt homines eū diligant/ et omnia propter ipsum velint et faciant. et tale pondus michi leue est quo ad ipsum: sed est graue quo ad homines. qui me/et sanctum puerum negligunt/et ignorant. natus est puer de beata virgine charitate maxima inflāmata: que cōcepit diuino spiritu/ et sine labore peperit/et eū nutriuit. angeli/archangeli/principatus/et omnes omnilitie celestes: ipsum amant/laudant/adorant/ pariter et oēs sancti prophete/ et apostoli/et vniuersaliter omnes sancti: cum charitate ipsum in gloria perpetuo laudabunt/adorabunt/et glorificabunt/et sine fine amando cōtēplabuntur. qui charitas est inenarrabilis/et superans omnem sensum. Puer in quātum homo est/charitas primitiua non est: sed eam participat. secūdum q creator est/maxima est possibilis inueniri: qua se deum et hominem/et cuncta creata diligit ex se/charitate (que ipse est) infinita. Iste due charitates/in hoc sup benedicto puero sic sunt magne: vt omnes lingue/intellectusq hominū et angelorum non valeant exprimere visionem (quā habent in puero) et magnitudinem/et virtutem.

De contritione. Cap. XI

Contritio

q Uando recordor (ait contritio) quātum puer est intelligendus/amand9/ laudandus/ et colendus/ et perpetua in memoria retinendus: nescio quid dicam nimio timore perterrita. propter culpam quam sentio de cōmissis. et in tātum diuinam iusticiā pertimesco: vt vix sensum et motum retineam/nisi per dei misericordiam/ in qua spero et confido. Quando considero huius sanctissimi pueri altitudinem/que est super omnia/et quia est homo factus: et quādo rursum perpendo quomodo erga suū cultum et seruitium in tantum fuerim negligens/et ingrata: sum tristis/et mereo/et doleo. insuper quando considero supremas diuitias et honores increatos/et rationes supremas creatas pueri: que simul in puero viuūtur. et altera ex parte blasphemias/periuria/dedecus/vituperia/ et alia cōtra puerū mala q plurima tā preterita/presentia/q futura. Et eo magis tristior/anxior et turbor: quia eram et sum deputata vt homines cōtriti corde de peccatis doleāt/ et a puero misericordiam expectent.

De confessione. Cap. XII.

Confessio

a It confessio: fateor q dei filius toti vniuerso datus/ipsum exaltauit. nam sine hoc semp sanctificato puero: mundus de nichilo ad esse non pduxisset/ non factus fuisset. ipse autem in quātum homo est/pars vniuersi est: qui ascendit ad supremū ordinē in eterno supposito subsistens/iungens extremū principio/homo deus. Iterum ait cōfessio: confiteor q propter finē pueri/vniuersum

habet ordinē et proportionem: videlicet celum sic est magnū & mobile/et stellatum/
lucidum/sphericum/et densum. et ita finis angelorum/et hominū/elementorum/et
omniū dici potest. Similiter confiteor q̄ mūdus esset difformior: nisi dei filius esset
homo. Et ratio huius est: quia rationes diuine/cum sint infinite in perfectione et
virtute agendi/semper possent facere vniuersum melius et melius: et sic nunq̄ esset
finis/ quod repugnat ordini vniuersi. sed quia in isto puero omnia inferiora parti-
cipant/ in quantum est homo/ cum est factus deus: vniuersum non amplius potuit
exaltari q̄ q̄ creatura suo creanti/ principio vniretur. Confiteor etiam q̄ si omnia
suprema/ et infima loqui possent ad pueri laudem: nō sufficerent ad eam exprimē-
dam. Ratio autem hec est: quia omnia ista finita sunt: pueri autem bonitas infinita/
inter que non est proportio/vel mensura. Iterum ait confessio: proh dolor quia nō
habetur puer in tanto honore et reuerentia/ vt eius summam celsitudinem deceret
imo habent ipsum ingrati homines huius mundi/ opprobrio: quem omni tempore
decet laus/ adoratio/ summus amor/et confessio. videant ergo domina iusticia/ et
misericordia: quid super hio de cetero sit agendum? et quid erit de prelatis/ et prin-
cipibus quorum gubernationi est traditus mūdus? et ingrati/ beneficia sanctissimi
pueri non confitentur/ neq̄ in hoc vnq̄ se errare fatentur. quia de dilectione pueri:
aut omnino nichil/ vel perparū admodū curant.

De satisffactione. Cap XIII

D Ixit satisffactio. deus est ens eternum/ infinitum/ et in omnibus rationibꝰ
suis perfectum. ad quod sequitur: vt fuerit dignum ipsum esse a creatura
cognitum/ dilectum/ laudatum/ et benedictū. Deus autem ita esse cogno-
scens/ sibi ipsi satisffacere volens: ad finem intentum/ mundū disposuit. qui quidem
finis haberi nunq̄ potuisset: nisi per puerum satisffactum fuisset. ad talem autem fi-
nem tam altum/ tamq̄ supremū/ non est de se sufficiens proportio vniuersi: quia ta-
lis finis quid est infinitum. Puer autem quia deus factus est: eternus est/ et infinitꝰ.
et ideo diuinus ordo vniuerso per puerum satisfecit: disponens ad ordinem pueri
vniuersum. in quo et vterq̄ ordo: eternus/ et temporalis/ finitus/ et infinitus supre-
me relucescit. Iterum dixit satisffactio: puer in quantum homo/ deo patri satisface-
re vult. quia in hoc mundo: de bonis terrenis nichil vult possidere. iustus venit et
humilis/ omnibus virtutibus plenus/ obediens/ benignus/ et seruiens deo patri.
pro quo appendetur in crucis patibulo: percutietur/ & vulnerabitur. et patris amo-
re: multa alia opprobria sustinere gaudebit. Puero etiam vult satisffacere deus pa-
ter: sanctam ecclesiam catholicam in ipso fundando. quia super petram qui est puer
christus: ecclesia catholica fundabitur. dans ei romanum imperiū: ad defendēdū
fidele collegium eorum/ qui ab eius nomine christiani vocabuntur/ et ad extirpādū
alios reges/ et tyrannos. Et ideo nunc reges et principes (sicut scriptum est) intelli-
gite/ et erudimini qui iudicatis terram. quia puer natꝰ est: de quo tota prophetia illa
scripta est. dabit etiam prelatos et clericos/ inter quos erit summus pontifex gene-
ralis vicarius: vt fidei seruetur vnitas. In tantum q̄ sanctus sanctorum olim pro-
missus/ et modo natus puer dei filius: munere dei patris contentus est. videt tamē
aliquos prelatos futuros: qui ipso dimisso videntur aurū comedere/ nec potest eis
aliquid terrenum sufficere pro se/ et suo maledicto sanguine. sed diuina iusticia (cui
nuda & aperta sunt omnia) non diu poterit illos in futurum sustinere: imo faciet eos
ad eterna sibi debita supplicia corruere. quia dimisso puero ihesu christo: nō volue-
runt erudiri et intelligere.

Satisffactio

Ostq̄ autem predicte domine suũ cōpleuissent sermonem: iusticia/et mi-
p sericordia illas intrare/⁊ adorare puerum permiserunt. quia earum intē-
tio/et ea que dixerant placuerunt. Et vidētes puerum predicte sex domi-
ne flexis genibus/et in faciē prostrate adorauerunt: et diuersa cantica cantauerũt.
Laus Laus primo dixit: gloria in excelsis deo/et in terra pax hominibus bone volunta-
tis. Gloria laus et honor/tibi sit rex Christe redemptor: cui puerile decus promet
Oratio osanna pium. Dixit oratio. Adoro te Christe Jhesu/qui es vnigenitus deo patri:
qui in hunc mundum redemptor aduenisti. Charitas dixit hoc canticum. Anima
Charitas mea liquefacta est: vt dilectus meus inuentus est. cuius amore semper langui: be-
nedictus ergo qui venit in nomine domini. Ait Contritio. Miserere mei deus:
Contritio secūdum tuam misericordiam infinitam. Dixit confessio. Confiteor tibi pater fu-
Confessio turi seculi/rex celi/et terre: quia tu es christus filius dei viui/qui in hunc mundum
Satisfactio. venisti. Deinde satisfactio. In manus tuas domine/commendo spiritum meum:
non sicut ego volo/sed semper fiat voluntas tua. Post hec autem diuina bonitas
et alie dei rationes eterne: voluerunt de se noticiā facere predictis sex dn̄abus.

De diuina bonitate. Cap. XV

Diuina bonitas. It diuina bonitas. Accepto vos fidissimas sancti pueri mei āncillas. nam
a ego sum absoluta/et singularis bonitas/singularis entitas. et in quātum
sum absoluta: sum simplex essentia. et quia absolutum/cum aliquo com-
poni non potest: conuertor cum bono absoluto. quod absolutum bonum de toto se
ipso bonum absolutum producit genitum/a quo/et per quod spiritus sanctus bo-
num absolutum est procedens. absoluta dico quo ad cōmunia/et essentialia: sunt
tamen supposita relatiua/et distincta proprietatibus se mutuo respiciētibus. quia
ipsa supposita in me sunt absoluta. sed alio modo/et proprietate alia: cōuertor quo
ad producentem patrem. et alio modo: quo ad ineffabiliter productum filium. alio
quoq̄ modo: quo ad procedentem spiritum. et hoc est necessarium/vt persone di-
stincte sint/sese mutuo referentes. et quelibet proprietas singularis sit: vt suppositum/personamq̄ constituit/et distinguit. alioquin non haberem naturam absolu-
tam/includentem perfectionem omnem: nisi possem ex me producere bonum per-
fectum/et possem existere in tribus suppositis non distincta. et essem sterilis/nō fe-
cunda: et a mea natura penitus aliena. Sicut a luce solis videtis radium prodire:
et calorem ab vtroq̄. sic a patre filius: et ab vtroq̄ spiritus sanct⁹/qui est amor. Et
esset exemplum omnino/et prorsus simile: si calor/et radius/et lux cum solis essen-
tia conuerterentur/essentq̄ idem. Sed non decuit: in natura creata/simile aliquid
reperiri: cum istud summa sit singularis/et arcana in diuino perfectio. Et ideo cum
in me sit omnis perfectio/⁊ nullo alio egeam ad id quod ipsa agere volo/nec michi
quicq̄ esse possit impedimento (non enim aliquid prius me impediet: cum nichil
tale habeam. nec aliquid posteri⁹: cum participet meum esse/sitq̄ finitum/ego in-
finita/sim q̄ vt infinita lux: illud vero vt modicus color in mea infinitate percepti-
bilis) prophani igitur sunt/qui cum sim vna me trinā esse negāt/in tribusq̄ discre-
tis/distinctisq̄ personis mutua relatione se respiciētibus subsistentem. Iterum ait
diuina bonitas/in me ipsa volo habere vnũ bonũ singularē effectum: qui causa sit
totius ordinis vniuersi. et per prophetas iampridem declaraui venturum: etiam
venit. ⁊ est ille singularis promissus effectus: puer iste qui per essentiam bonus est/
et participat bonitatem. et horum causa/cognitu facilis est: quia fili⁹ dei homo fa-
ctus est. nec hoc impedire potuit potētia cuiuscumq̄: quia me non est fortior aliqua

entitas vniuersi. hunc mandaui ab omnibus angelis adorari: et omnis creatura fidelis/et me cognoscens gauisa est. ego in isto puero visito mũdũ: et me ipsam totã/ ei impartior/omnium misereor/clausa recludo/educo de carcere vinctos. vt omnia in bono fine iam in mundo orto quiescãt. misericordia et veritas semper cum puero ab incunabulis: iusticia/et pax ipsum osculantur. vt mũdo appareat eius benignitas/iusticia/misericordia/pax/et trãquillitas. Rursus ait diuina bonitas: vt dignũ est/vt ego totã vniuersi bonitatẽ/in me comprehendã: ita quoqꝫ et equũ est vt diuina eternitas in se ipsa omniũ nouitatẽ cõtineat/ipsa tamẽ semper manẽte absoluta/ et non mutata. sicut enim ego sũ singularis bonitas/absoluta/potẽs producere aliã bonitatẽ: eque et eternitas cum in se contineat omne factum de nouo/potuit mutationis/et temporis esse causa. Quapropter audiendi nõ sũt: qui mundũ asserũt necessario fuisse ab eterno. Adhuc ait diuina bonitas: dignũ est vt ego sim cognita/ et in eternũ laudata/et dilecta. Illud autem quod circa me dignũ/ ꝛ iustum est: impediri non valet. sed nõ possum laudari/et cognosci plenarie in eternum: nisi in paradyso. blasphemant ergo turpiter/qui negant paradysum/ vbi ego cognoscor/laudor/ꝛ glorificor/in eternum. Nullus enim potest illud impedire: quod per se ad mei gloriam/et honorẽ facit. hec diuina bonitas.

De magnitudine dei. Cap. XVI.

Est hec locuta est diuina magnitudo. Ego sum (inquit) essentia vsqꝫ adeo Magnitudo diuina.
p excellenterqꝫ magna: vt sim sine mensura/sine termino/ et sine fine. supra quam: nullum ens est possibile. et quidquid infra est a me necessario suum ducit esse. et id a me ducere per se bonũ est: quia ipsa bonitas que absoluta est/gaudet mecum essentialiter/vnum/idemqꝫ esse. quare me impedire non potest nec malum/nec quicq̃ inferius: cum mea essentia immense/ infiniteqꝫ/ excedat: ac superet talia. Quapropter non recte sentiret: qui non simpliciter/sed solum duratione me existimaret imensam/sicut alia ferme euiterna. Nã nullo modo fieri potest: vt quicq̃ me finiat/limitet terminet ad gradũ/aut entitatis/aut bonitatis/aut potẽtie/ aut veritatis/aut virtutis. Uerum cum sim simpliciter absoluta/non addicta/non coercita: possum creare/agere/ mouere/ et disponere/ vtcunqꝫ volo siue celo medio/siue non medio/aliꝫ siue causis secundis. quibus ad mei imitationem concausandi virtutem communico. et vt mens nouum semper effingere potest numerum: multomagis possum nouam speciem adijcere vniuerso. Et quia diuinitati attribute ratiões/ adinuicem reciproce et conuertibiles omnes existunt: vt bonitas est eternitas/ et eternitas bonitas/ et ita de vnitate potetestate/ virtute/ veritate/ et reliquis (nam idẽ in infinita/simplicíqꝫ essentia existunt) Et ego quoqꝫ sum diuinitas: euenit recte vt mea simplex/absoluta/et immensa essentia/nullo locali termino cõprehendi possit: vt neqꝫ eternitas tempore. Et ego cum tanta sim: volui maximum in mundo opus facere/ me totam ipsi puero communicare/ ab eoqꝫ comprehendi/ cum tamen sim incomprehensibilis. et mundum/puerum non comprehendere/ simul ꝛ comprehendere: vt qui deus sit et homo. Et qui hec non capiunt: nunq̃ intelligere valebũt nisi ad puerum ihesum salutare mundo promissum se erigant/intellectumqꝫ eleuẽt. Et id est non finite virtutis opus: sed prorsus immense/ atqꝫ infinite. Nam si meus intellectus intelligeret me finitam/finiteqꝫ agere: et illud voluntas necessario vellet/odiretqꝫ contrarium. sequitur enim voluntas/ intellectus iudicium. at qui me esse finitam/finiteqꝫ solum agere: paruum est/et debile. Et qui fieri potest: vt voluntas illud velit/et non potius simpliciter et summe appetibile est: summam scilicet et

indiminutam magnitudinis perfectionē michi inesse? Deum igitur esse est super omnem finitum/terminatumq; magnitudinis gradum ad esse. Quocirca manifestum est: nichil me/aut maius/aut minꝰ/ meam actionem in superbenedicto puero potuisse impedire. quia mea imēsitas: ambit/⁊ cōtinet quidquid in natura/supraq; naturam vsq; reperiri valet. qui autem contrarium asserunt: partem cū puero meternum non habebunt. hec diuina magnitudo.

De diuina eternitate. Cap. XVII.

Diuina eternitas

a

It diuina eternitas. Ego sum infinita duratio/ab eterno ineternū: cui/et temporis veritas. sic eminenter essentia pura/sublimis et perfecta: vt michi non sit possibilis additio/neq; queat ab aliquo mea impediri actio. nā cum sim absoluta eternitate/ eadem sum absolute bona/ absolute magna/potens/vera/et fecunda/non impedibilis. Et ideo michi placuit ostēdere mundo hūc puerum temporalem et eternum/mortalem et immortalem/hominem ⁊ deum/vniuersorum finem. cuius impediri nō valeat actio: qui est ante omnes/et mecum in principio. A me enim secūde agentium cause: vt michi placitum fuit/sunt disposite. Et ipse mecum omnia composuit. quare me illi non nouerunt: qui mundum asserunt necessario esse eternum/ne in me sit nouitas/et in agendo mutatio. Ab eterno enim omnis in me mundi expressus est archetypus: fecunde menti immanēs/intimūq; verbū (in quo suo tempore vt eterne sapientie fuit placitum: prodierunt vniuersa/indiesq; prodeunt) et nunc in mundo natū: vt in quo formata sunt vniuersa meliori modo/imo altissimo reformata quiescant. Comparū me nouerunt/meāq; fecunditatem/qui ideo putant oportuisse mūdum fuisse eternū: ne ocio marcida/inanis/vacuaq; ab eterno torpuissem. simile aliquid ac si quis putet ambulationē/ corporeeq; molis motum: ne ocio obtorpescat precipuam esse rationalis anime operationem. Ego enim in memetipsa infecunda non sum: sed eterna mens semper intimum pariens et eternū verbū/ad me quidē vt verus filius adverū parentem relatū. a quibꝰ procedit tertiū per se subsistens/eternū suppositum. in quibus ego sum principiū/medium/et finis/et cōplemētum omniū. Et hinc in rebus euenit: vt in tribus omnis perfectio consistat/consummatio/et complementū. Cum itaq; in me sit talis intima emanatio/actio/et processio immensa ⁊ summe perfecta: extera actione minime indigeo ne torpeam/ne semꝑ nō sim in opera. Sed cū volo/⁊ vt volo/ exuberāte mea fecūditate: extra me fūdo/et pro rex capacitate me cōmunico/minimāactionē nunq; deferens. nam nichil quod extra sit: meum vigorem ex integro suscipere potest. Et ideo rursum sine intima mee imēse fecunditatis operatione: similis subtorpenti enerue/et clāgnide operanti euaderem. Ego enim/⁊ diuinus intellectus: per essentiam vnū idemq; sumus. Unde euenit vt quidquid in vno sit secundum essentiam: in altero cōsimiliter esse necesse sit. queecūq; enim vni/eidemq; numero essentia competunt: vt sic inter se differre impossibile est. intellectus autem essentialiter intelligens/intelligere/et intellectum in se habet. Igitur ⁊ in me contineo: eternificans/eternificare/et eternificatum. Alioquin non essentialis esset identitas mei/et intellectus. quare supremꝰ intellectꝰ/non esset essentialiter eternus: nec ego essentialiter/meaq; essentia/et intrinsece intellecta. que sentire prophanum esset et impium. et sicut illa tria in intellectu inter se realiter sunt distincta/inter sese mutuo relatiua/sed idē penitus in absoluta essentia: ita et tria in me inter se mutuo relatiua/distincta et idem essentia. ⁊ consimili modo in vnaquaq; cōmuni dignitate diuina. Iterum ait eternitas. Ego sum singularis entitas/magna ⁊ suprema bonitas: cui

penitus aduersatur/ꝛ repugnat habere parem exterius: vt saluetur mea singularis vnitas. Unde fit: vt ex falsis argumenta ducant/qui mundũ duratione parẽ michi coequant. vt enim mea bonitas singularis est/parem non habẽs: ita quoꝫ eternitatem singularem esse oportet. vt omniũ dignitatum (que cũ diuinitate conuertuntur seruetur singularitas. Et qui opposita asseuerauerint: in puero fine vniuersi quietẽ nunꝙ̃ habebũt. sed summa iusticia/que michi indiuidua comes est: eos exterminabit diuine sapientie rebelles.

De diuina potestate Cap. XVIII

Diuina potestas.

Est hec ait diuina potestas. Ego sum qui sum/ ex me/ non ex alio/ in me/ propter me/singularis entitas. deus vnus/non contingens: quia summe necessaria. non possibilis: quia non ad potentiam aliquam contracta/ vel impedibilis. ex me eterna: et semper ens/purus actus. et ideo nullum agens aliud: potest meam contrahere/iminuere ve potestatem. verũ omnis causa alia/mee potestati comparata: securis est in manu artificis/que fabricantis est instrumentum. In me est ordo originis/necessarius/intrisecus: a quo omnis alius deriuatur. Iterum ait. ego sum potestas absoluta/ex me/propter me simpliciter ordinata: dãs esse rebus exterius/secundum ꝙ effectus natus est participare/et recipere/meũ esse. Et illi pietatem nesciunt: qui idcirco mee virtuti/limitem/terminumꝫ statuũt/quia infinitum non producam. in me autem infinitum produco: cum mea virtus absoluta sit/simplicissima/ꝛ perfectionis summe infinite. sed extra me nichil tale produco: nõ ex mea quidem impotẽtia/sed quia idipsum effectui repugnat. quo pacto enim extra me esse possit infinitum ens/infinitum bonũ/infinitum verũ/et infinitũ potens/ et imẽsum? et id insup mee aduersatur singularitati. Idcirco omne creatũ quatenus creatũ est: terminari/finiriꝫ/necesse est. sed ego in supremo omniũ ordie/imo supra omnem ordinem/absoluta a genere: virtutis/ et essentie/simpliciter sum infinita. Et puer meus hic: finitus/et infinitus/ absolutus/et contractus/creatus/ et increatus. qua parte enim creatus est: nichilominus finitus est totus in me. nam deus/ per quem omnia: et homo in deo. et ego sum deus a quo omnia/ et ego/ et ipse vnus/ idemꝫ deus/et vna/eadem/singularisꝫ potestas. idcirco: per omnia ipsum/ vt me audite. Iterum cum sim absoluta virtus/et entitas infinita: possum creare simpliciter quod nec est actu/nec in nature potentia/in re extra. et id per me ipsum sine medio: quia sine preuia dispositione quacunꝫ. Rursus quia sum potestas simpliciter absoluta/angelos animam/celum/et alia que mouentur ego creo: et nouum antiquo addere (vt michi placitum est) valeo. et iterum qui fuerunt: excitare eosdem in numero. Inde cum per me ipsam sim sufficientissima/ per se et simpliciter absoluta: sine angelis/sine vniuerso/sine anima ꝛ quocunꝫ extrinseco subsistere valeo. quãdo quidem ista: a me/infinito distent interuallo. et meum esse et agere: suum esse/et agere in immensum vincat et superet. quid igitur meum velle et meum posse impedire posset? saluo tamen atꝫ cõseruo: eadem/euo sempiterno. quia sum potestas impedibilis/summe bona/que me vltro propago et communico. Et iterum ait diuina potestas/cum in me sit omnis perfectio/virtus/et operatio: possum naturam humanam in eterno substentare supposito. quod ꝛ in puero meo factum est: in quo nõ suppositũ/nõ persona: sed natura humana assumpta est. Et nichil est in vniuersa natura/sursum aut deorsum: quod a me bonum factum non fuerit. et que nature sunt impossibilia: a meipsa/ nulla difficultate peraguntur. Ideo sapiẽtes/philosophi ve dici non possunt/sed impij/ et sophiste: qui verbum dei negant incarnatum/

quia id arbitrētur esse nō posse. et qui demones de nichilo pro᷑isse bonos nō cre-
dunt. et ꝑ seipsos sine me ad maliciā delapsos/ qui homines ineternū victuros nō
putant. non cognoscētes meā iusticiā/ et misericordiā absolutā/ et omnipotētē. que
in hoc seculo nō premiat: vult in altero sine fine premiare. quia iusta est/ misericors
valde/ ⁊ illi meā iusticiā in altero seculo experientur punientem. si non possunt celū
pugno concludere: tāto minus valent meā potestatē nature potestas cōtinere. quid
igitur insane sentiunt/ si non potest puella nature potestate virgo parere: puellam
virginē sanctam puerum Christum meū de virgine per meos ꝓphetas ꝓmissum/
non peperisse? nature virt⁹/ mee potētie infima ancilla est: mea autē virtus/ suprema
potestas. que nature sunt inaccessa: michi aditu sunt ꝙ̄ facillima. volui virginē pa-
rere: natura humilis ancilla mea/ nō mecum de paritate cōtendēs: obsecuta (solitis
legibus mutatis) pueꝝ michi profudit. qui quaten⁹ homo: in alioꝝ hominū specie
(licet oībus in mundo dissimiliter prodiēs) ascīscēdus est. quatenus aūt substātia-
liter ante secula a me genitus est super speciē omnē/ ⁊ super oīa collocatus est. Ani-
mas a corporibus seorsum solutas subsistere negāt: quia me ignorant/ que solutas
iterū in corpora sepe reuocaui. vt hoīes saperēt: et meā potestatē/ itelligerēt. ⁊ puer
meus paruulus in mundo natus: multos iterū ante oculos inimicoꝝ suoꝝ/ ad vitā
reuocabit. ego summa potestas amatrix sū hominū: ⁊ in vno hoīe verbo meo/ par-
uulo/ et immēso diligo oēs hoīes/ et in filios (qui in eū credituri sunt) adopto. que
vtinam hoīes intelligerēt. de imortalitate a me sibi cōcessa: nichil diffiderent. sed vt
par esset: me pot⁹ laudarēt/ gratiasq̄ agerēt. Ego sum act⁹: et rerū forme sunt act⁹.
et magis a me sine cōparatione pēdēt ꝙ̄ a materie necessitate. que eaꝝ sensibilibus
potētia/ subiectū/ et substerniculū est. et quāto forme simpliciores/ et spiritaliores:
tāto minus crasse/ et corporali materie addicte sunt. ⁊ hoc ex mea inmutabili ordina-
tione. ideo celestes intelligētie/ et spiritus: eius vinculis semꝑ sunt absoluti. anime
vero rationales post ethereas supramū danasq̄ formas/ simpliciores/ ⁊ spiritalio-
res: quādoq̄ cōiuncte/ quandoq̄ libere. porro coꝝ que infra hoīes sunt forme: semꝑ
sūt materie cōiuges/ ⁊ nūꝙ̄ libere. q̄ crasse/ ꝯposite/ ac ꝑtibiles: ⁊ nichil spiritale qđ
ad meā cognitionē surgat habētes. Quid igit͛ dicūt nullos actus/ sine suo propuo
susceptiuo subsistere posse: sue imortalitati/ impie diffidētes? tūc summe miseri cū
penis et tormētis cogētur: que negāt ⁊ diffidūt/ credere. Et mirū est ꝙ̄ imortalitatis
nō se reddāt ꝑsuasibiliores: me ꝑ meos ꝓphetas omniū viuētū optimos/ illud eis
insinuāte. et cū videāt materiā (que fex est/ et vltima linea rerū) vsq̄ adeo meā imi-
tari eternitatē: vt eā michi coeuā/ et coeternā crediderint ꝑimūq̄ sempiternū. sed
illi: eternitatis singularitatē nō nouerunt. quid ꝓpter corpora cōtrarijs compacta/
resurrectionē nō futurā/ cōtra meā ordinationē cauillātur: quasi illa iterū frequēter
dissolui oporteat? nūquid mea potestas: bellū illud cōtrarioꝝ in regno pacis suspē-
dere potest? belli eni (in turbulenta etiā regione quā nouerūt) pax/ finis est. In fine
autē oīa quiescūt: neq̄ in eo quicq̄ inordinatū intelligi potest/ ad quē etiā oīs ordo
dirigit͛. Et spiritib⁹ plenitudinē nō occupātē (ꝗ illud tribus luminis/ ⁊ alijs affectio-
nib⁹) michi in resurrectione idē largiri corporib⁹ difficile nō est. qđ ipossibile putāt
idē in nūero mea ꝟtute (q̄ immēsa est: q̄ sine motu et tēpore oīa producere valet) sta-
manet/ si eadē materia ꝗbus diffluat? ferme oposū nō videt͛ (saltē michi q̄ oīa possū)
illa repētē colligere. nūqđ aquā vnā prius collectā: ⁊ post modū i innumeris guttis dif-
fluā et dispsā/ iteꝝ eādē i nūero colligere possūt hoīes? mea igit͛ ꝑua fuerit ꝑtās: nisi
iteꝝ aīas et corpora q̄ seiūxi/ sociare ⁊ ꝯiūgere possim. imo qui in Christo meo qui

est paruulus in mundo natus/et mūdi promissum salutare fideles credituri sūt:ipse
eos ad sempiternā vitā sine aliqua ambiguitate suscitaturus est/ in nouissimo die.
Qui istis non crediderit:in priuatione sui finis/vna tandē cum corporibus suis/in
penis nunq̄ deficiētibus: meā sentiēt potentiā.et iudiciū sine liberante misericor-
dia subire cogētur. quid michi resistere potest inquit diuina potestas? nisi filiū meū
in terras:vt oēs homines veniāt ad vitā/que finem nō sit habitura/modo sint pij/ꝛ
sancti:sicut puer meus pius/ꝛ sanctus est. qui ibunt in penas: me nolente deuiant/
illasq̄ sibibāt/sed nullo fine desituras.in mea enī voluntate qui dedi filiū meū pro
pter homines: potius vita q̄ mors sita est. hec diuina potestas.

De diuina sapientia et intellectu. Cap. XVIIII.

p Ost hec autē diuinus intellectus inquit. Ego sum absolut⁹: et habeo obie
ctū/ꝛ intelligere absolutū. neq̄ enī essem intelligēs absolutū:nisi meū in-
telligere/ꝛ itellectū/essent penitus absoluta. Et nō sū absolutū intelligēs i
intelligibile et intelligere:nisi sim absolute tria distincta supposita/tresq̄ mutuo se
se referētes persone. nā sū cū earū qualibet idē/ꝛ vna essentia indiuisa. sum simplex
non compositus:sed ab omni potentie vinculo et materie nexibus super absolut⁹.
clare video preterita/presentia/et futura/et omne possibile ad quod potest se extē-
dere mea virtus. Et nomē meū absolutū est qui sum/ꝛ qui est/deus vnus. Est in me
omnis claritas/potentia/bonitas preuidens omnia/disponēs vniuersa. Quid me
igitur dicūt non intelligere species/ꝛ indiuidua/et materialia vniuersi? quia cū sim
simplex intelligentia/absoluta et infinita:sicut potens/sic intelligens/ īmaterialiter
hec omnia intelligo in meipso/vno et eodē verbo. quod nūc incarnatū est: vt sal
ua sit omnis caro. mea siquidem virtus/et meū intelligere:se extendere potest ad id
quod nichil est/nec actu/nec in nature potestate. Sum magnus/potens/et bonitas
infinita: et in hominibus volo/vt me plures intellectus laudent/et intelligant poti-
usq̄ vnus. Quare (ait intellectus) intelligo/q̄ sicut sum absolut⁹:per intelligere sū
absolute ordinator intrinsece/et extrinsece. intrinsece quidem quia sum trinus: in-
telligens/intelligibile/et intelligere. extrinsece quia omnia intelligibilia:et natura-
lia ordino. naturalia ꝓpter intelligibilia:illa insup/ et intelligibilia propter me. nā
sūmi boni gratia. De me disceptātes/intellectū vnū agentē et nō intelligētē (q̄ in-
tellectionem in se non habeat) asserentes:et intellectum possibilem intelligentem/
nesciūt quo modo in mea fecūditate/tria sunt supposita in seipsis manētia. Et si ex
intellectu humano id suspicātur:ex numero volunt vnitatē numeraliter intelligere.
cū oporteat ex numero:ad vnitatē vnicē se colligere. et ex vnitate:ad numerum nu-
meraliter. intellectus siquidē humani ad meipsum qui simplex sum/incōtractus/et
absolut⁹: latū discrimē atq̄ dissimilitudo est. Quid mirū igitur si diuidu is diuidue
et possibiliter affixi:philosophia per me probe et ordinate tributa/nō recte et ordi-
nate sed curue/et peruerse vtantur/in variosq̄ dilabūtur errores? Iterum inquit
intellectus. Inter me et primā post me intelligētiā: nō est differētia per cōtrarietatē
sed est talis grad⁹/aduersitatis in infinitū eius naturā excedētis. est tamē cōuenientia
atq̄ ordo. Nā ad me dicitur et refertur/ergo cū oīs ordo et cōueniētia sit necessario
ab aliquo intelligente ordināte: ero causa eius finalis/ efficiēs/ ꝛ actiua. et qui illusi
sentiūt oppositū: nō intelligūt quid sit ordo. Rursus ait itellect⁹ diuin⁹. Cū sī abso-
lutus/omnia īmediate intelligo: ꝛ sic causo vt mee placuerit volūtati. Verū est/vt
sicut in numero prima vnitas cum secunda causat tertiam vnitatem: sic causo ple-
rūq̄ in natura vnū mediāte alio successiue/mee oīm artificis potētie similitudinē

rebus communicando. De diuinis igitur non sufficiēter sunt admoniti: qui dicūt me non imediate omnia intelligere/quia nō omnia imediate ago: non enī mecum aderant/cum vniuersum a me prodijt sine medio/ et quecunq3 nūc vidētur prodire cum medio. tūc sciuissent quia omnia intelligo/et ago sine medio: et rursū mee bonitatis cōmunicatione cū medio. vt disposui ab eterno: primos rerū ort⁹ in successionibus ordino/atq3 dispono. Ait iterū intellect⁹: ego sū absolute potēs/intelligens: et potentē me intelligo supra totū nature cursum. quia possibile/ et impossibile per naturā in nullo me valet impedire: cū sim superioris ordinis τ nature. verū nō possum male agere/false aut viciose: cum sim absoluta bonitas/virtus/ τ veritas. id enim esset a mea bonitate/et veritate deficere: et a mea natura cadere. nec possum intelligere: me cōtradictionē implicare posse/aut q bonū sit malū/vel verū falsum/vel econuerso. quia hec sunt non intelligibilia ab aliquo intellectu. nō igitur impotens existimandus sum/quia non possum cōtradictoria agere. id enim nō esset agere: sed ab actione deficere. quid enim agerem: quod neq3 esset/neq3 nō esset. Propterea puer meus natus est vobis in mundo: vt videāt nō videntes/τ intelligant/non intelligentes: bonitatem/magnitudinē/eternitatem/potestatem/et sapientiam. Venite ad eum qui bonitate deficitis: et emite bonitatem. venite parui: et sumite magnitudinem. venite temporales: et comparate vobis vitam eternam. venite debiles/et infirmi: et accipite virtutē/vigorē/et potētiā. venite insipientes: τ accipite a puero (in quo ab eterno habito) diuinam/et non huius mundi sapientiā. hec intellectus diuinus de se locutus conticuit.

De diuina voluntate. Cap. XX

Voluntas diuina

Post ait diuina voluntas: absoluta/τ singularis voluntas ego sum. nō cōtracta: quia sum: qd sum/in me/ppter me. quod volo sū: nec est ens aliqd me magis absolutū qd me valeat impedire/sic sum liberrima in agēdo. et quia sum absoluta volūtas: eadē sū absoluta bonitas/magnitudo/eternitas/potestas/et intellectus/virtus/veritas/et pfectio/gloria/iusticia/ et misericordia/ τ alia diuinitati cōmunia. Et quia sū absoluta: habeo supposita ad me relatiua/et inter se distincta/in quibus sum absoluta. quia mea absolutio īfinita est: aliter meū nō esset absolutū volēs/velle/et volitū. qd esset me esse ociosā: atq3 repugnās veritati. iterū ait volūtas. absoluta sū: ita habens ad amare/sicut intellect⁹ ad intelligere. τ volo habere tria amatoria supposita/ad inuicē relatiua: sine quibus absoluta non essem. nam volo habere in me: summe amantē/amatū/et amorem. ipsumq3 amātē de tota bonitatis imensitate/magnitudinis/eternitatis/τ potestatis gignere: et ab vtroq3 mediū amorē pcedere. que eadē sunt volēs/volitū/et velle. itaq3 habeo quod volo: quia absoluta in tribus coeternis et coequalibus suppositis esse volo. Item volui/et ab eterno disposui: vt tātū esset vnicū vniuersum: et ordo/τ pportio eorū que in eo sunt saluaretur/τ vt esset in genere suo perfectissimū. volui vt vna persona nature mee in supposito vniretur: qui est puer quē queritis homo Christus Jhesus deus. hec autē τ potui: per virtutem que ego sum/simplex/inenarrabilis/infinita/τ perficiens. Et a me procul sunt ij: qui pertinaciter defendūt nō posse dei filium incarnari. testatus sum/et testificor: quia ego in filio meo (que moysi/et prophetis loquebar) ecce assum. Placuit item michi: vt in mūdo nō eternus sed recens/ atq3 nouus prodiret ad ortū. vt mea maior virt⁹/et potentia ostenderetur. qr ipse aliquid tale est quod nec fuit in nature potentia/ nec in actu. nec est in mentitatis aliqua: quia ab eterno sic volui vt in tali instanti/et tempore/quodlibet reciperet suum esse: secūdū

quod ens quodlibet/aut iuge aut fluxum/transitoriumq; capax esset. Iterum dixit. cum ego sim meum velle absolutum/actum positiuũ habui ab eterno: quo simplici et vnico existente omnia/et singula cõprehendẽte/act⁹ negatiu⁹ vel priuatiu⁹ ĩ me nũq̃ fuit nisi per comparationẽ ad creaturam exterius/que intelligit defectiue. Ultimo voluntas dixit. Sicut vnicus intellectus non est in omnibus hominibus: ita quoq;/nec vnica in oĩbus volũtas. magis siquidẽ volo a multis itellectib⁹ humanis intelligi: q̃ ab vno. et vis monadis magis a pluribus numeris explicatur/q̃ ab vno. et magis itidẽ amari a pluribus q̃ ab vna sola voluntate. vnũ tamen humanũ intellectum/et vnam humanam voluntatem diuino intellectui et voluntati sic iungere volui: vt sapientia eius omnis humane sit exemplar/ et angelice: et amor eius omniũ exemplar amorum/et celestium/et terrenorum. qui nunq̃ celestẽ intelligẽtiã apprehenderim/nunq̃ michi cõiuerim: sed semẽ abrahe puerũ paruulũ christũ dominũ celestium/terrestrium/et infernorum.

De diuina virtute. Cap. XXI

Jt diuina virtus. Infinita sum/simplex essentia/potens/et propter me/et Diuina
a ex me: possibile quicq̃ nõ est qđ meã ĩpediat actionẽ ĩfinitam in bonitate/ virtus
magnitudine/absoluta sum/eterna necessaria. quia sic exigit mea simplex infinita perfectio: vt sit simplex conuersio/in diuinis omnibus attributis eternis rationibus/dignitatibusq;/sempiternis. est ego diuina eternitas propter se/necessaria bonitas/virt⁹/et est essentialis p̃dicatio de seipsis/nõ sicut homo/et risibile/ subiectũ et passio de se inuicẽ predicãtur. Iterũ ait. Quia sum infinita virtus/ꝛ absoluta/ ociosa non sum/sed fecunda: habens de tota mea essentia/et virtute procedens/genitum/atq; patrem. quorum quolibet sum/quodlibet vult me totam comprehẽdere. nec possum me extra ipsa extendere. quare sum trinitas infinita. Ait post hec diuina virtus. sicut sum infinita/ agendo intrinsecus: sic essem et exterius producendo/nisi infinitas/ creature penitus repugnaret. produxi tamen effectum nobilissimum/paruum quem videtis infantulum: quem eternum suppositum in se quo ad humanã naturam volui sustentare. venite ad eum surdi: et ipse restituet vobis auditum/ceci/et restituet visum/infirmi/debiles/claudi ꝛ cõtracti: et ipse sanabit vos. nam ego omnipotens virtus/ in ipso habito: et ipse in me. omnia solido/et valere facio: pariter et ipse.

De diuina veritate. Cap. XXII

Est hec ait diuina veritas. Ego sum prima simpliciter/et necessaria/ꝑ me/ Diuina
p et ex me: et a falsitate distans infinite. nec est possibile/falsum et impossibi- virtus
le quicq̃: quod possit contra me/cum sim absoluta/ necessaria veritas primitiua. et sic oportet quicquid in me est: verum esse. et ita in diuina bonitate/et magnitudine/et reliquis. quoniã sic sum in ipsis primitiua/necessaria: sicut in me/et ipsa. quoniã sumus eadẽ necessitas/essentia/et principiũ/bonitas simplex/et indiuisibilis magnitudo. ad quod sequitur q̃ sic sum veritas per essentiã ĩ diuinis: vt quẽadmodum diuina potestas est duratione infinita/sic infinita sit in veritate. aliter diuina potestas esset magis idem cum eternitate/q̃ cum veritate: quod falsum est/ et impossibile. Item dico: oportere necessario esse verum/ vt ipsa potestas sic sit infinita in actione: sicut in veritate et duratione. vt sic per se ipsi conueniat actionis/ et vigoris infinitas: sicut eterna duratio / et veritas. et vt de me/ et eternitate comperitur: et sic de bonitate et reliquis dignitatibus diuinis. alioquin ego magis essem propter me veritas / q̃ ipsa sit propter se potestas: quod esse non

potest. quia eque est potestas absoluta: sicut sum veritas absoluta. quare ego veritas in illis non habito: qui asserunt ꝙ potestas non est infinita in vigore/sed tãtum in duratione. Iterum ait veritas: sicut in intellectu et volũtate ponuntur distincta correlatiua/quia prima/necessaria/et absoluta/sic et in me pono: quia sum prima/necessaria/et absoluta. et sicut de me fuerit: ita de bonitate/et alijs. qui a omnia sumus vna essentia/prima/vera/ꝛ per se necessaria/et indiuisa. Preterea ait veritas: in diuino intellectu sunt intelligens/intelligibile/et intelligere. ita et oportet hoc me vere ponere/primitiue/ꝛ necessarie: vt meus actio sit purus/primus/et necessarius. hoc autem facere minime possum: nisi cum distinctione ipsorum correlatiuorum/vt quodlibet sit persona propria. et ꝙ ipsa tria sint vna essentia/vnꝰ intellectꝰ/vna natura/vna vnitas/bonitas/magnitudo/eternitas/vna potestas/vna virtus/et veritas. Iterum ait veritas. Hoc verum est/et necessarium: in omnibꝰ rationibus diuinis primarijs/non esse nisi tria supposita relatiua/siue personas diuinas. vt omnes/simul sint omnes: et quelibet/et simul/sit vna essentia/et natura. aliter esset multiplicatio/et cõfusio infinita: et perderetur singularitas/seu proprietas cuiuslibet relatiui. quia eius singularitas est eius proprietas: que nõ posset remanere distincta. quia haberet multas similes a quibus distingui non posset: cum distinctio sit per opposita necessario. Itaqꝫ distinctio confunderetur: aut eadem ratione/vaga multiplicatio/et infinita induceretur. igitur necessarium est tãtum tria correlatiua ponere: et non plura. Adhuc expedit (dixit veritas) me ponere quo ad decentiam vniuersi: vt sit vna creata veritas in re extra/que super omnes creatas veritates/et entia dominetur. et vt ipsum maxima veritate que fieri potest: perficiam. que veritas est puer meus/Ihesus christus: ad mũdi magnas falsitates destruendas/in humilitate paruulus natus. vt omnes in veritate pascens: ad eternitatis pascua ducat. ipse est via/veritas/et vita: sine quo non esset vniuersum perfectum. quem qui noluerint sequi et audire/falsitatibus errorum decepti: in horrendas/et exteriores tenebras detrusi/et in perpetua mortis deuia (me illis veritate prenunciante) sempiternas/et sine fine daturi sunt penas. contra: qui sequentur/in perpetua laude/et iubilo/cognoscent quia veritati comes est indeficiens/sempiternaqꝫ vita.

De gloria dei. Cap. XXIII

Gloria diuina

g Loria diuina sic inquit. maxima gloria sum: cum sim ex me/per me/propter me/non ex alio/vel propter aliud. ad quod sequitur ꝙ mihi impossibile est maiorem gloriam me esse: sed ego/et mea magnitudo/magnitudinisqꝫ immensitas sumus idem. ad quod necessario consequens est: vt sim infinita. alioquin sequerentur maiorem aliam esse gloriam/que me impedire posset: et me quoqꝫ non esse infinitam/quod minime esse potest. ergo sum maxima gloria/maximum gaudium/et delectatio: que ab intellectu aliquo cõcipi possit/et a qua omnio delectatio/ꝛ gaudium. Rursum non sum gloria infinita: si mea potestas est maior per durationem/ꝙ per meam glorificationem. quia tunc eternitas maior me esset: quod nullo modo esse potest. quia idem sumus/nec vna excedit alteram: nam quelibet absoluta/et simplex/propter se/ex se/et infinita: et est eadẽ imensitas mea/atqꝫ sua. et extra talẽ magnitudinẽ/aut maximitatẽ: nõ potest esse aliqua infinitas. que esset maior: ꝙ esset mea maximitas atqꝫ imensitas. qđ ipossibile est. aut equalis: quod mea nõ patitur singularitas. aut minor: et tunc nõ erit infinitas. effectũ itaqꝫ

ratione est: me infinitam atq̧ solam gloriã esse. ergo sum absoluta bonitas/et singularis i. magnitas/eternitas/et alia absoluta: que sumus vna/eademq̧ essentia. Preterea infinita gloria minime essem: nisi essem equipotens diuine bonitati/magnitudini/eternitati/et in me/et propter me glorificationem infinitam haberent. quã habere non possent: nisi sint in me tria idẽ supposita adinuicem distincta/quemadmodum sunt et in ipsis. puta glorificans infinitum/quod producat de toto se totaq̧ sua natura glorificatum infinitũ genitum/et ab vtroq̧ procedat infinitum glorificare spiratũ. et q̄ oĩa tria et nõ plura sint tota mea essentia/substãtia/et natura. alioquin induceretur cõfusio/deperiret vnitas quare et infinitas/et glorificatio. qđ prorsus impossibile est. Iterum quia infinita gloria sum: dignum est vt mea gloria infinita cognita sit/atq̧ dilecta. et hoc fit et fiet per hunc paruulum/christũ meum qui natus est de virgine maria. qui cognoscit perfectissime meam glorificationem infinitã: quam habeo in me/et in omnibus dignitatibus meis. hoc siquidem dignum et iustum est: quia per maiorem glorificationem/extra non poterat interna maxima gloria mea intueri. Preterea ait diuina gloria. Ego sum substantia spiritualis/non sensibilis/vel imaginabilis: quoniã potentie inferiores nequeũt habere adeo vsq̧ altum obiectum/vt ego sum. Et ideo substantia sensibilis/corporea ꝛ imaginabilis qualis hominis substantia est: non potest a me recipere magnam glorificationem/sine medio. quod quidem mediũ est puer iste paruulus natus/ihesus benedictus: homo et deus. Et ideo beati videbũt in patria suam humanitatẽ visione corporali/et audient verba sua altissima/et profunda: quo mediante ordinẽ eis dare quo ad animã glorificationem maximam sempiternam.

De perfectione dei. Cap: XXIIII

Ait diuina perfectio. Sum perfectio simplex propter me/in me/ex me/ et
a hoc naturaliter. vnde sequitur: vt nichil aliud possit meum esse/vel meum agere impedire. Et sum perfecta per me naturaliter/nec possum deficere in perfectione. quia ab eterno habui totũ esse. id est nõ tendo de imperfecto ad perfectum intrinsece: sed de perfecto possum perfectũ producere/et quod ab vtroq̧ procedit perficere. et hoc vt naturaliter possum existere per agere: sicut naturaliter existo per existere. hoc est non magis michi competit existere per existere/vel esse realiter: q̄ per agere. quia meũ agere: est meũ esse/vel producere. et est in me perficiens propter se perfectum in suo proprio numero perfecte permanẽs/idest distinctũ proprietate propria distinguente: et producunt perfectum distinctum proprio numero permanens/idest proprietate distĩcta ꝛ ab vtroq̧ perficere procedẽs in suo proprio numero permanẽs/idest sua proprietate distinctum. ad quod sequitur: necessaria et naturalis relatio cuiuslibet/ad quodlibet/propter se. ex quo sequitur vt ego sim cũ memet ipsa tota: naturaliter perfecta in tribus existens. et aliter sine predictis personis adinuicem distinctis: nõ possum perfecte et naturaliter/existere/et agere. cũ mea perfectio in tribus debeat consistere: que vnum sunt essentialiter/videlicet vnus deus. Et iterum ait perfectio. Perfecta sum in bonitate maxima/magnitudine/eternitate/potestate/et reliquis. et hoc est propter perfectum et naturale existere/et agere: que sunt idem. et sicut ego sum in qualibet per naturale perficere: ita in me quelibet per suum naturale esse/et agere. et ideo sum infinitum existere/agere. sicq̧ tota diuina essentia naturaliter/et simpliciter infinita. Rursum ait perfectio. Quia sum in existendo intra naturaliter perfecta/et agendo: volo vt extra me sit effectus perfectus/vt sim causa extrinseca perfecta. effectus

ille est filius virginis homo deus/perfectus hom o/perfectus deus. quia ex ꝑfecta
natura diuina/et humana subsistens: qui puer est iste sicut centrū in vniuersoa quo
om nes linee distant/ꝛ ab ipso oriuntur/vt vniuersum sit perfectum/et ordinatum.
Sed homines mali/ꝛ viciosi imperficiunt vniuersum: inqꝫtum ipsum puerū igno-
rant/negligunt/et blasphemant. et per hoc seipsos maxime imperficiunt: et a me
distant per distantiā infinitam. Item perficio partes/ ex quibꝰ naturaliter cōstat:
puta elementa que sunt prima cōponibilia/vegetatiuā potētiam/sensitiuā/imagi-
natiuam/ꝛ intellectiuā/siue ratiocinatiuā: vt quilibet homo sit perfectū indiuiduū
in specie sua. et eis do perfectum celum/terrā/ꝛ animalia/ ꝛ alia terre nascentia: vt
me perfecte diligant/intelligant/ꝛ per ista me recolant. verum peruersi oppositum
faciunt: quia ad bona caduca/et transitoria/se omnino cōuertunt. Item perficio
hominis intellectum: vt perfecte me intelligat/non tamē cōprehendat. quia nō est
capax/cum sit finitus: et ego essentia infinita/atqꝫ incomprehensibilis. sed ipsum ꝑ-
ficio quātum ei sufficit/et capax existit/ꝙtum equū est/atqꝫ meretur/non tamē per-
ficitur infinite: sed in aliquibus affectus inualescunt/et intellectꝰ deprimitur ꝓpter
sensum. quia ad sensuales delectationes/et illecebras/vt bruta animalia se cōuer-
tunt. et quem facio naturaliter bonū: faciunt in moribus prauū. et blasphemātes:
quod michi repugnat/attribuunt/ quod competit remouēt propter quod carebūt
solatio sempiterno: et in puero meo (qui ad mundi maximā perfectionē datus est)
non perficientur/sed supplicio plectentur in sempiternū sine termino.

De iusticia Cap. XXV

Iusticia. p Ost hec locuta est diuina iusticia: et ait. Ego sum iusticia: quia sum equās
omnia. inde dicta iusticia equans inter agentē/ꝛ agibile/ꝛ agere. Et hoc
excellenter: hoc est inter patrē/ꝛ filium/ꝛ spiritū sanctū. Item sum equās:
quia per me omnes rationes diuine agēdo/ꝛ existendo cōsubstātialiter sunt equa-
les: et ipse cum essentia ab omni inequalitate remota. Item sum coequatiua iusti-
cia: quia pono vt potestas diuina tantum sit infinita quo ad suū posse agere/hoc est
actiua virtute: quātū est infinita in sua duratione. aliter non essem equalis/vel coe-
quatiua iusticia inter rationes diuinas. quia plus darē de duratione/ꝙ de actiua
virtute. et sic de bonitate/ꝛ alijs dici posset. hoc autem nimis absonū/ ꝛ nature mee
repugnans. quare sequitur: vt sim equatiua iusticia/ sitqꝫ potestas diuina eque in-
finita in sua actiua virtute/sicut in duratione. Preterea pono ego/vt equaliter in
intellectu diuino/ꝛ diuina voluntate sint equalia relatiua: sicut diuina bonitate/
et reliquis. et hoc quia oēs diuine rationes sunt per me equaliter existētes/agētes/
et vna eadēqꝫ essentia. omnes sunt per essentiā inter se cōuertibiles. ergo equaliter
relatiua in omnibus debent poni. Adhuc equitas sum/ꝛ iusticia: quia pono ꝙ oēs
correlationes sint equaliter tres persone diuine tantū modo/ et equaliter distincte
adinuicem/et in simul sint equaliter eadē essentia/ substantia/ꝛ natura/ vnus deus
singularis/absolutus. quia nō est amplius perfectionis in vna/ꝙ in alia: nec in tri-
bus/ꝙ in vna essentialiter. Et est dignū/ꝛ iustum: vt deus talis/ita iustus/potēs/
et magnus sit cognitus/ꝛ dilectus ab angelis/ et suo populo. dignū insuper est/ vt
sicut deus est prima causa optima/maxima: ita et vnus effectus extra sit optimus/
et maximus. talis autem est puer iste: qui verus deus/et homo/est natus de beata
virgine maria. si melior causa dicitur melioris effectus/et adhuc melior causa que
fuerit effectus melioris: non proprie/ꝛ maxime videbitur dici optima causa nisi cū
iam est optimꝰ effectus/et si optimū absolute diceretur. nobilissimꝰ aūt/ꝛ optimus

effectus qui esse possit: est puer paruulus christus dominus. Ulterius dico q dignum et iustum est/ vt malos puniam reddendo penam pro malo: et bonis retribuam bonum/ premiumq/ et quietem pro bono. hoc autem facere non satis valerem: si paradysus non esset/ pariter et infernus/ nisi in hac vita. quod minime sufficeret. quia plerique peccatum per totam vitam suam/ et aliqui per totam vitam suam faciunt bonum: quorum illi nichil mali/ hi vero nichil vel parum boni recipiunt. ergo contra meam iusticiam esset: si istis bona non darem/ et illis similiter mala. hoc autem esse non potest. ergo est necessarium ponere talia duo loca/ et sempiterna. qui autem contrarium asserunt: in loco durissimo id tandem discent/ credereq cogentur. Contra meam iusticiam est: omniu hominum esse eundem intellectum. quadoquidem mortuo homine/ nichil eius amplius superesset q aut equi/ bouis/ aut leonis: cessarentq pene/ et premia post mortem. verum homo dei cultor/ et cognitor in terris: ad altiorem ordinatus est finem. angelorum in operatione similis: sortis angelorum efficitur particeps. bonus bonorum/ malus vero malorum. ideo premia percipiet cum bonis: aut interminia supplicia experientur cum malis. Ego sum deus inquit summa iusticia: errant qui deum dicunt non intelligere particularia. nam et vnicuiq particulariter secundu opera sua: reddo/ et operior. et quidquid extra agitur: particulare est. et nunquid quicq ago: que non intelligo? imo quidquid ago: per intellectum ago. et quia sum iusticia absoluta/ habens potestatem absolutam: scio oia/ et intelligo in suo proprio esse. Ite au iusticia. Quidquid est in mundo totum est meum. quia ego et deus idem sumus. Et ecce filius meus vnigenitus: iustissimus/ premiator bonorum/ vindexq malorum in mudo natus: illius mea omnia/ sua sunt/ et sua mea. eius est celum et terra/ et que in eis sunt vniuersa. venit in mundum iusticiam docere/ et iusticiam facere: vt mundus ad me/ suam parentem couertatur. et ecce parata sum: de manu charissimi filij mei mundu emundatu/ et per ipsu redemptum recipere. deposito omni rigore: que ob peccatum primi hominis ade/ aduersus homines iuste haetenus exercui. portas celi clauseram: ecce nuc filio meo et ijs qui sue sunt/ partis recludo. abyssos aperueram: ecce amicis filij mei claudo/ et inimicis eius aperio. Constituet principes super vniuersam terram. videte in futurum pontifices/ filij mei constituti principes: ne violeto sancta tradita vobis iura. nam ego iusticia/ mater eius sum: facite iusticiam/ euadite sempiternum animarum vestrarum periculum.

De diuina misericordia. Cap. XXVI

Primo diuina misericordia locuta est: hunc in modum. Sum absoluta diuina bonitas/ magnitudo/ eternitas/ potestas/ virt9/ veritas. et ideo sum absoluta gratias faciedo/ et peccatoribus parcendo: quia sum iusto gaudiu absolutu/ et peccato/ nisi ex malicia ipso pueniat. in qua si permaserint: nullum possut expectare gaudiu. Preterea inter me/ et hoies peccatores/ sunt quedam virtutes medie et mee acille: p quas hoies me possunt pmereri/ acqrere/ et habere cu magno fructu. quonia si peccator de peccatis cotritione habeat/ et sic se iustu. cet per cotritione: ego ipsum iustifico/ gratia infundedo. et si faciat se prudete/ peccata et mala fugiedo et eligedo bona: facio ipsum sapiete nolendo peccata/ et appetedo virtutes. Et si est fortis corde cotra vicia: cu fortifico pmittendo sepiterna gaudia. Et si se dispoat ad teperatia: dabo ei iusticia/ q est soror mea. Et ita si homo se habituet in his virtutib9: ipse est disposit9 vt a me recipiat gratiose fidei habitu/ caritatis/ z

spei/quod ei fiat remissio peccatorum. Econuerso nichil commune habeo cum peccatoribus qui sunt septem vicijs mortalibus irretiti: auaricia/gula/luxuria/superbia/acedia/inuidia/et ira. nec ista possunt esse media inter me/et homines peccatores. sed participat cum ipsis iusticia soror mea: scilicet in puniendo/et iusticiam faciendo/pariter et vindictam propter me. Et homines in peccatis dormientes me tandem habere sperant: et credunt spem ad me mittere/que non venit. quia difformis/et indigna est ad me accedere. Sed spes formata et de contritione habituata/ad me digna est accedere/et peccatoribus veniam impetrare/vt me possint participare. eo quod talis spes bonus/verus/et legalis nuncius est: prior autem spes/non est vera. sed potius presumptio dici meretur. Iterum ait misericordia. quando peccator contritus corde/spem mittit vt ei peccata dimittam/et me ipsi impartiar/et tribuam: in illa nunciatione causa sum primitiua. peccator autem solus in eo tamen semper adiutus auxilio conteritur et se disponit/nec ad plus valet se extendere. quia cum ego sim superius et ipse inferius: solius dei est peccata dimittere/et gratiam infundere. quare dignum est et iustum: cum peccator non possit vlterius/vt ego compleam/et peccata dimittam. Sed cum peccator ait: volo stare in peccato/quia in ipso manens aliquas delectationes habeo/simpliciter sperans in diuina misericordia/quod ipsa michi in tempore futuro peccata dimissura sit/quod requiram veniam ab ea cum contritione/confessione/et satisfactione: talis peccator longe decipitur. quia credit me cum participare/cum ipse non participet: immo distat a me distantia infinita. et ratio est/quia non diligit me propter me: sed propter semetipsum. Talis autem dilectio non est de genere caritatis atque iusticie: quoniam caritas/et iusticia ponunt vt peccatores plus debeant me deum diligere/quam seipsos. Rursum ait misericordia. In me non est quantitas: quia infinita. et ideo meum agere non est finitum. Quapropter quando dimitto peccata vel infundo gratiam/absolute ago: peccator autem cum sit finitus finite agit. et ideo peccatores non debent de me desperare: quoniam plus possum parcere/quam ipsi peccare. Vltimo ait misericordia. Puer qui iacet in presepio: est verus deus et homo. et ipse in quantum deus: est misericordia. et in quantum homo est: rogat me (qui sum deus) vt dimittam peccata hominibus/et eis gratiam infundam. Beata virgo maria mater pueri: misericordie subalternata est. et nunc ipsa rogat et me continue rogabit: vt parcam peccatoribus/quia naturaliter sunt de suo genere/et genere sui filij pueri Jhesu Christi. etiam angeli/archangeli/et omnes sancti non cessabunt tempore suo rogare pro peccatoribus: et hoc quidem misericorditer et iuste/cum sciant delectationes paradysi esse interminabiles/et angustias inferni semper mansuras sine fine. et ipsi diligunt bona: et odiunt mala. verum est propter preces eorum multas facio et faciam gratias: et multa peccata dimittam. immo plures volo gratias infundere/largiri/et facere et peccata dimittere: quam velim rogari. et hoc si quidem: quia preces sunt inferius: ego vero superius. Quid ergo pluribus agendum? disponant se peccatores ad gratiam cum contritione/confessione/satisfactione/et caritate laudando me et adorando/et benedictum puerum christum meum: vt eis peccata dimittam/et me habebunt gratiosam/abundantem/et omnibus fructuosam. et si ipsi me rogant vt talis sim erga ipsos: ego volo vt tales sint ad me/et filium meum audiant/qui humilis/pauper/et misericors mundo apparuit. et cuius misericordie super omnia opera eius. Hec locuta est diuina misericordia.

De precibus sex dominarum. Cap. XXVII

Ostq̃ predicte sex domine verba audiuerunt que regine duodecim/ seu im-
p peratrices diuine rationes locute fuerunt: admirantes pre nimia rerum
profunditate/ et altitudine/ amenitate/ et pulchritudine adinuicem loque-
bãtur dicentes. q̃ si gentes audirent/ et intelligerent talia verba/ ardua/ et amena: in toto mũdo nõ esset nisi vnus populus christianus/ a Christo puero nato/ deo/ et homine ita nominatus. Et tunc suspirantes pre magno gaudio/ atq̃ flexis genibus/ et eleuatis manibus alta voce quelibet modo suo carmen cecinit. Prima cantauit hanc cantilenam. Aue consurgens aurora/ mundo afferens munera: semper optatum gaudium. Secunda dixit. Salue regina/ mater pia/ dulcis vita/ spes et via: ferens dei filium. Tertia sic. Aue regina celorum/ mater regis angelorum/ nobile triclinium. Quarta domina dixit sic. Aue gloriosa/ virginum regina: celi/ terre marium. Quinta sic. Aue maris stella/ dei mater alma: paradysi ostium. Sexta sic. Aue virgo maria/ mater plena gratia: sancti spiritus sacrarium. Finitis autem cantilenis/ sacratissimam mariam matrem virginem rogauerunt: vt apud suum benedictũ filiũ intercederet/ quatinus ipsas in cordibus hominũ (adhoc vt ipsi semp seruire possint/ tãq̃ fidissime ãcille) a modo exaltaret. Annuit benignissima regina dei mater/ et misericordie precibus dominarum. que vbi paruuli ihesu pedes humiliter osculate sunt: multum consolate abierunt.

Cap. XXVIII

Anc visionem vidit Remundus parisijs: quam non multo post ad vtilita-
h tem Christiani populi/ et honorem dari pueri ihesu Christi scriptis redi-
gere voluit. quem et compleuit eodem in loco: in nocte natalis domini anno ab incarnatione paruuli nati/ millesimo trecentesimo decimo. Et conplexũ obtulit magnifico et glorioso francorũ regi Philippo: cui hic infra mas preces aliquas pariter porrexit. Prima fuit vt ad honorem natiuitatis sanctissimi pueri (cum in ipso pre ceteris mundi rectoribus possint hodie singulariter iusticia/ veritas/ fides/ charitas recta/ spes in beatitudine/ regni decus/ cum fortitudine magnanimitas/ cum temperantia largitas/ cum prudentia boni exequendi volũtas/ cum potentia humilitas/ deuotio et christiana religio/ pietas/ benignitas/ sapientia/ castitas/ et in summa dona plurima naturalia/ gratuita/ et infusa) placeat illi esse christiane fidei defensor/ cum pugil sit ecclesie principibus suis inuigilare/ et rectoribus ecclesie: vt omnia fiant in bono ordine/ sine confusione/ extirpatis vndiq̃ de regno suo vicijs/ et in omni perfectionis gradu plantata virtute. vt non solum dicatur regnum eius: sed sit operibus christianissimum. et ipse rex: omnibus christianis regibus/ in omnibus virtutibus officij regio exemplum. Secunda fuit: vt placeret eius christianissime celsitudini: libros et dicta Auerrois expellere/ et de studio parisiensi extrahi et extirpare facere. sic vt nullus de cetero eos audeat allegare/ legere/ vel audire quia q̃ plurimis et fedissimis erroribus scatent: contra sanctissimam fidem. Et quod periculosius est: multos et graues indies nouos errores in pluribus illos legentibus aggenerãt. Turpe enim est christianis: dicere nostrã sanctã fidẽ magis improbabilẽ esse/ q̃ pbabilẽ. et infinita alia absurda: q̃ insolẽter dicũt auerroistẽ heretici imitãtes. Tertia fuit. vt magnifico christianissimo regi placeret: in suo studio parisiensi loca quedã ordinare/ i quib⁹ varia infideliũ docerẽtur idiomata. vt viri deuoti/ sapiẽtes/ et litterati varias liguas edocti: ex christianissimo regno (summo illo põtifice suã auctoritatẽ/ et benedictionẽ largiẽte) p vniuersũ mũdũ mitterẽt euãgeliũ pdicaturi.

Quod si in hoc regno tentatum esset: in aliis regnis et terris statim reciperetur ista ordinatio. Et per dei gratiã que nunq̃ deest paratis: inuenirentur plurimi qui vellent ꝓpter Christum martyres fieri. sicut apostoli/et eorum discipuli. Et bonũ esse videretur: vt hec ordinatio tãdiu obseruaretur ꝛ duraret/quousq; fieret vnũ ouile/et vnus pastor quẽadmodũ prophetatũ est. vt omnes laudarent et cognoscẽdo diligerent Christum dominũ/dei filium: qui modo vituperatur/negligitur/et ignoratur. Quarta fuit. vt placeret serenissimo Regi: rogare et adhortari summũ pontificem et sue sedis assessores/vt de omnibus religiosis militibus fieret vnus ordo/qui debellãtes contra populum infidelem/recuperarẽt terram sanctam. et vt etiam tribueret decimas/et copiose alia presidia: ad fidei nostre defensionem/augmentationem/ꝛ perditorum recuperationem. et iustum est pijssimũ regem (cum sit fidei defensor) ad honorem natiuitatis sanctissimi pueri talem petitionem facere/et attentius dictum negocium procurare. et dominus papa/et sui principales assessores ad hoc specialiter sunt obligati: quia sancto puero subditi. super quo: ecclesia catholica est fundata. vt per totum mũdum puer Jhesus dei filius vniuersaliter adoretur: et vt sit obstructa via ad inferos descensus/et celi apertus aditus/et totus celestis exercitus in plenitudine iocundetur. Et si id attentabitur: nichil diffidẽdum est de diuino auxilio/et Christi saluatoris/et matris eius sanctissime virginis: que suum filium gloriosum cum multitudine beatorũ orare non cessabit/vt suos in hac re seruitores iuuet/custodiat/ꝛ defendat. Hec vbi supplicuit Remundus (regi libro presentato) recessit: et Christo domino ad cuius honorem ipsum compilauerat cõmẽdauit/eum suppliciter rogãs vt vellet eius petitiones audire/et cor regis et omniũ principum terre Christianorum ad effectum mouere. quo vbiq; cognosceretur/recoleretur/ꝛ amaretur: et vt dignum est virgini gloriose vbiq;/et benedicto filio suo deo incarnato/et ex ea in mundo nato regnũ/et imperiũ in sempiternũ tribueretur. cui cum patre et spiritu est equalis honor/et gloria in secula seculorum.

Pij eremite Remundi
libelli de natali
pueri fi-
nis.

Quatuordecim articuli fidei.
Septem de diuinitate.
1 Unus deus
2 Deus pater
3 Deus filius
4 Deus spiritussanctus
5 Creator
6 Creatum
7 Glorificator.
Septem de humanitate
1 Conceptus de spiritu sancto
2 Natus ex maria virgine
3 Crucifixus est
4 Descendit ad inferos
5 Resurrexit tertia die
6 Ascendit ad celos
7 Judicabit viuos et mortuos.
Decem precepta legis.
1 Non habeas deos alienos
2 Sabbata cole
3 Honora patrem et matrem
4 Non accipias nomen dei in vanum
5 Non occidas
6 Non furtum facies
7 Non facias falsum testimonium.
8 Non mechaberis
9 Non concupiscas vxorem vicini tui
10 Nō concupiscas bona terrena vicini tui.
Septem sacramenta ecclesie
1 Matrimonium
2 Baptismus
3 Confirmatio
4 Sacramentū altaris
5 Ordo sacerdotalis
6 Penitentia
7 Extrema vnctio
Septem dona spiritussancti
1 Sapientia
2 Intellectus
3 Consilium
4 Fortitudo
5 Scientia
6 Pietas
7 Timor.
Uirtutes principales
Cardinales
Theologales.
Cardinales
1 Justicia
2 Prudentia
3 Fortitudo
4 Temperantia.
Theologales.
1 Fides
2 Spes
3 Charitas
Septem vicia principalia.
1 Auaricia
2 Gula
3 Luxuria
4 Superbia
5 Accidia
6 Inuidia
7 Ira.

Pij eremite Remundi: clericus.

Deus cum tua benedictione/sapientia/et amore:
librum intendimus facere clericorum.

Prohemiũ.

Iber iste/in sex ptes diuiditur. Prima est de quatuordecim articulis fidei
l Secunda/de decem preceptis legis. Tertia/de septẽ ecclesie sacramẽtis.
Quarta/de septem donis spiritus sancti. Quinta/de virtutibus princi-
palibus. Sexta/de septem peccatis mortalibus/pertractabit. Presentẽ autẽ librũ facimus: vt habeant ignorantes clerici doctrinã/ qua possint aliquo modo de peccatis cognoscere. Turpe enim clerico est: principia ad que ipse finaliter ordinatur/ ignorare. non secus ac militi: si apte arma in bello tractare non nouit/aut equũ insidere. Per talem nãq; ignorãtiã/clericoꝝ deperit deuotio: quia deuotionis dispositione carent. quequidẽ carẽtia: magnam fidei catholice per illos affert iacturam/ qui eam tenẽtur colere/laudare/multiplicare/ et per vniuersum mundũ predicare/ errores destruere infidelium/ ꝛ bono catholico populares exẽplo docere. At vero quoniam hunc libellum non omnibus/ sed duntaxat clericoꝝ rudioribꝰ cõficimꝰ; ideo peruiori intelligẽtia/et admodũ succincte/ipsum facere intendimus/ prolixitatem super oĩa deuitantes. volumus autẽ de nonnullis principijs generalibus/ꝛ subtiliter inuẽtis/in hoc libro ptractare. quo nõ solum rudioribus: sed et litteratoribus/possit inter legendum voluptatẽ/ et vtilitatem afferre.

Aliud prohemiũ.

Rticuli diuidũtur in duas ptes. Prima pars: continet septẽ articulos/qui
a sunt de diuinitate. Secũda/septẽ alios: qui de humanitate. De ipsis autẽ:
maxime positiue loquemur/ad euitandã prolixitatẽ. Attamen quia forte
rudioribus (quibus hunc librũ confici supra diximꝰ) non statim peruie intelligẽtia essent nostre probationes/in alijs (quos fecimus) libris posite/ per quas hoꝝ articulorum fidei/sufficienter haberi declaratio posset: etiã nullã aliã de ipsis parando determinationem/ideo hos articulos/et quedam alia/sic in hoc libro ponemus: q; statim rationabiliter poterit intellectus apprehendere/ id esse quod diximus conueniens/et eius oppositum non.

De septem articulis diuinitatis.

Primus. Unus deus. Cap. I

Eus est vnus. et hoc per vnitatẽ/bonã/infinitã/et eternam. nec cum hijs
d predicationibus/nisi vnus solus deus/esse potest. Sua enim bonitas: est
ei ratio infinite/et eterne producẽdi vnũ suppositũ bonũ/infinitũ/ et eter-
nũ. q; q; oẽs tres sint vnus deus/bonus/infinitus/et eternus: vna deitas/vna substãtia/vna natura/bonitas vna/infinitas vna/eternitas vna/ nõ tres dij. alioquin essent infinitas/vnitas/et eternitas inter se/et quelibet a se/diuise: quod malũ est/ et impossibile. Item cum deus sit bonus/infinitus/et eternus/habens in se producere/actum bonũ/infinitum/et eternum: necessario est vnus. nam non posset alius deus: seipsum in essentiã ponere illius/in qua consistit bonum infinitum/et eternũ producere. q2 tunc ipsum producere/ corruptibile esse oporteret/et impeditum: extraq; bonitatem/infinitatem/ꝛ eternitatem/positum. quod incõueniens est. Deus est vnus: et sua vnitas/ est omniũ creatarum vnitatum causa. vnam habet bonitatem/vnum intellectum/vnam voluntatem/ et vnam magnitudinem/ et sic de reli-

quio dignitatibus. ideo est causa omniũ bonitatum/magnitudinum/durationum/voluntatum: et reliquarum cõtractarum rationum. Rursus: quia est vnus: vnum mundum creauit: et non plures.

Secundus articulus. Deus pater. Cap. II

DEus pater est vnus: et non plures. Primo vt retineat naturã sue vnitatis/sue essentie/nature/bonitatis/magnitudinis/infinitatis/eternitatis/potestatis/intellectus/volũtatis/virtutis/veritatis/ꝛ glorie. Secũdo: quia vnicũ generat filiũ. filius enim: alterũ filiũ/vltra non generabit. nam essent plures patres: esset ꝗ destructa infinitas/vnitas/et paternitas. ꝛ vnus pater: alteri/suã impediret infinitatẽ. quare quilibet esset finitus/non eternus/nec bonus/aut magnꝰ: quod est impossibile. Deus pater/est pater: quia de sua essentia filium naturaliter producit. propterea enim posuit deus pater ad suã similitudinẽ in creatis: vt quicquid naturaliter de sua essentia aliquid producit/pater sit/et productũ filius. vt homo pater est: quia filium producit de sua essentia naturaliter. leo: quia leonẽ/et planta: quia plantam. Relationes: item que inter patrẽ/et filium in creatis/inueniuntur sunt a diuinis dei patris/et filij relationibus (ad earũ imitationem) in ipsis create. ꝛ maxime in hominibus: vt et trinitatis similitudine (quã in se habent) diuinã ipsi trinitatẽ intelligant/diligant/laudent/et benedicãt. Pater diligit filium suũ genitum: et filius patrem. que dilectio/quia est infinita/ꝛ eterna: erit ideo ab omni accidente separata. quoniã in essentia infinita/et eterna: nullũ vnꝗ accidens esse potest. et sic pater/et filius/spiritum sanctũ amorem quem inuicem habent: ab vtroꝗ procedẽtem/spirãt. non ꝙ spiritus sanctus sit filius/et pater/eius pater: processus enim qui per patrẽ in filiũ sumitur/per modũ generationis est. sed alius est ꝓcessus a patre/ꝛ filio: in spiritum sanctũ. quẽadmodũ intelligens/intellectũ: vt pater filiũ/concipit. sed intelligens/et intellectũ/vtrunꝗ: intelligere concipiunt/vt pater/et filius spiritum sanctum. Deus pater: est causa filio/ꝛ spiritui sancto/et est causa omniũ correlatiuorũ/in creaturis. vt in intellectu humano/correlatiua sunt intelligẽs/intellectũ/et intelligere. in imaginatione: imaginans/imaginatum/et imaginari. in sensitiua: sentiens/sensatũ/et sentire. in iusticia/iustificans/iustificatũ/et iustificare: ꝛ sic de omnibus alijs suo modo.

Tertius articulus. Deus filius. Cap. III

DEus habet bonitatem infinitã/et eternã. et infinitam magnitudinẽ/et eternam. et sic considerat se tantũ/quãtus ipse: est de se posse. qui vero sic considerat/est vnus pater: videns se vnũ posse filium generare sibi in bonitate infinitate/eternitate/ꝛ reliquis equalem. quẽ (ne sit in sua consideratione/bonitate/magnitudine/eternitate/et alijs ociosus) generando de seipso ꝓducit. vt per illam productionem/habeant bonitas/magnitudo/et eternitas: actus bonos/infinitos/et eternos/qui sunt bonificare/magnificare/et eternare. conuertibiles quidem inter se: quẽadmodũ bonitas/magnitudo/et eternitas (dignitates/et rationes a quibus ipsi actus deriuãtur) primo in deo conuertũtur. Attamen: non cõuertũtur pater/et filius. nam sic actꝰ diuinarũ rationũ destruerentur: esset ꝗ eorũ confusio. nec pater proprie esset vnus pater/aut filius: vnus filius. nec paternitatis relationem conseruaret eternitas/nec filiationem/nec naturam mali contra bonum/parui cõtra magnum/non eterni contra eternum/quod est impossibile. pater generando filium: distinguit filium a se. et pater et filius/se mutuo in spiritu sancto diligẽtes: eũ spirando a seipsis distingunt. Cũ nanꝗ spiritus sanctus sit procedẽs a patre et filio/

seipse cum ipsis sic connectit: vt sint oēs tres vna essentia/vna substantia/vna natura/et vnus deus. remanēte semper personarū distinctione: sine qua non essent rationes diuine numerabiles. quoniam deus pater/in eo ratione sue bonitatis/cognoscit suū bonificare/et suū magnificare ratione sue magnitudinis/et ratione sue eternitatis suū eternificare (quos actus habet p generare et spirare) numerat vnā bonitatem/vnā magnitudinē/vnā eternitatē/et reliquas diuinas rationes/quamlibet per suū actum: quas nūq̄ sine suis actibus/et relatione/distinctioneq̄ personarum numerare posset. Rursus pater cognoscēdo filium suū/et filius cognoscēdo patrem: causant in creaturis omnes cognitiones/paternitates/et filiationes. ita vt queādmodum simile prius/relucet in similib⁹ posteriorib⁹/et causa in suo effectu: sic diuina cognitio/paternitas/et filiatio in inferioribus cognitionibus/paternitatibus/et filiationibus/relucere conspicitur.

Quartus articulus. Deus spiritus sanctus. Cap. IIII

Eus pater et deus filius: inuicem se diligendo connectuntur. et illa cōne-
d xio: est vna ratio/vn⁹ amor/vnū principium/vnus finis. ideo spirāt vnū spiritum sanctum/et non plures: in quo consummatur numerus trinitatis. Nam sicut pater non habet precedentē/sed est solum producēs: sic spiritus sanctus solum producitur/et non producit. At filius/et a patre producitur/et producit spiritum sanctum: in quo stat/et quiescit/perfectus trinitatis numerus. Hac de causa: omniū quietationū/complectionū/pfectionū/cōnectionū/et cōcordationū/que post spiritū sanctum in creatis sunt: causa est ipse spiritus sanct⁹. vt qui prima sit quietatio/completio/perfectio/connexio/et concordatio: et supra quem harum nulla repperiri possit. In creatis: pxima est trinitatis similitudo/numer⁹ ternari⁹. quia est numerus perfectus. quod sic ostendo. numerās: numerādo/causat primā vnitatem. at agendo: de prima/et per primā/causat secūdā/vt dicēdo/vnum/duo. Postremo: ex secunda/transit ad tertiā/ad quā non potest sine prima et secunda/peruenire. estq̄ ideo tertia vnitas/de prima et secunda equaliter pducta: et vni/q̄ alteri/non propior. sed eque vtriq̄ approximata: quia equaliter est de ipsis. secūda vero: quia tantū producit/quātū recipit esse a prima/in equali pariter ad vtrāq̄ distantia se habebit. Et prima: de qua tota tertia est/secūde et tertie iterum eque ppinqua erit. Et sic numerus ternarius/est perfectus: ratione equalitatū numerorū/et numeratorū/qui sunt pares/et impares: in quibus omnis cōprehenditur numerus. Talis aūt perfectio/non inuenitur in quaternario/quinario/et alijs numeris: eo q̄ in ipsis destruitur propinquitatum numerorū equalitas. In quaternario enī: quarta vnitas/de secūda est et tertia. in quinario: quinta de secūda/tertia/et quarta est. et sic de senario/et alijs consequenter vbi quedam iam successio causatur. Sol⁹ igitur ternarius: potest verum esse speculum/in quo proxime numerum diuinarū personarum speculemur.

Quintus articulus. Creator. Cap. V

Eus cum sit bonus/magnus/eternus/et potens: cognoscit bonū/magnū
d et durabile esse creare mūdum/siue totū vniuersum/et ea que in ipso sunt. Itaq̄ et creauit ipsum: bonū/magnū/et durabilē. principaliter/et primarie pter seipsum: vt scilicet eū angeli et homines recolerent/intelligerēt/et amarent/laudarent/ei seruirent/benedicerēt/et eum honorarēt. Secundarie vero, pter ipsummet mundū/vt propter hec angelis/et hominibus gloriā daret sempiternam. Sed iterum secundarie/creauit mundum dupliciter. primo propter angelos

maxime: et animas hoim. deinde creauit artes liberales/ et mecanicas/ et virtutes morales/ propter homines: vt per illas/ apte homines ad ei seruiendum/ et ipsum honorandũ disponerẽtur. et hoc modo ei seruiendo/ et eũ honorãdo possent gloriã eternam sibi acquirere. Deus sicut in nobilitate/ cum sua bonitate infinita/ bonitatẽ mundi finitam excedit/ et cum sua magnitudine infinita/ magnitudinẽ mũdi finitã: sic sua eternitate infinita/ precedit nonũ mũdũ in tempore: ratione cuius nouitatis creauit deus nouiter tempus/ locum/ motum/ quantitatem/ et alia accidentia/ sine quibus substantia mundi creari non potuisset. Deus creauit mundũ/ concurrentibus suis rationibus: vt intellectu/ voluntate/ potestate/ et ceteris. quia cum suo intellectu: mundum (qui non erat) obiectando/ intellexit. intellectũ vero: mediãte sua voluntate acceptauit. et denique cum sua potestate: intellectum/ ꝛ acceptatũ/ perfecit. nec (cuius hoc sit extra agere) fuit ei ad hoc necessariũ aliquod organũ: quia in ipso/ intellectus/ voluntas/ et potestas/ pariter et eorum actus intelligere/ velle/ ꝛ posse/ conuertũtur. etiam si organo deus indigeret: non haberet actus infinitos/ quod impossibile est. intellexit ergo deus/ quod non erat: et idem voluit/ et perfecit. hec autem est creatio mundi/ qui ante non fuit/ et nunc est: non factus/ de aliqua sibi preiacente materia.

Sextus articulus. Creatũ Cap. VI

a Ateq̃ eua peperisset filiũ/ fuit tota massa humana: in ipsa ꝛ adam. que statim tota corrupta fuit: quando serpẽtis inuidia/ per peccatum deo inobedientes ambo facti sunt. et in pristinũ statum/ potuit ipsa non nisi per recreationem reduci. Sed nõ vnus/ nec plures deinceps homines ab hac massa nati/ eam recreare potuissent: quia non tantum valeat particulare reparare/ quantũ vniuersale deficere. Idcirco dei filius/ naturã assumpsit humanã: factusq̃ homo ihesus Christus/ mortem in cruce sustinẽdo/ per suam deitatem genus humanũ de peccato generali primorũ parẽtum recreauit. Facta autem hec recreatio est/ ipso Christo tantã sustinente in cruce penã: quanta fuit culpa in massa/ per primos parentes corrupta. alioquin nõ omnino recreatũ fuisset genus humanũ. Perpendant igitur clerici: quam pure/ quam ornate/ et sine aliqua ordinũ confusione: teneãtur sibi commendatã ecclesiam cõseruare/ et quam sancte vite in eius administratione esse: atq̃ alioqui se esse officio indignos. Deus si naturam angelicam assumpsisset: non potuisset recreasse humanum genus. quia peccatum primi parentis/ fuit per sensatum/ vegetatum/ et elementatũ: at angelorum natura/ ab ijs omnibus separata existit. Ideo ad recreationem: necessaria fuit humane nature cum diuina cõiunctio. vt in eadem natura: sensitiua scilicet/ vegetatiua/ et elementatiua/ esset passio/ et pena: in qua fuerat per peccatum/ corruptio.

Septimus articulus. Glorificator. Cap. VII

d Eus solus est glorificator: quia et solus creator. omne enim aliud ens: insufficiens est saluare homines/ et dare eis pro meritis/ gloriã perfectam/ et sempiternam. Glorificat deus substantias separatas/ eis suam beatissimã trinitatẽ obiectãdo: quo ad suã bonam/ magnã/ et sempiternã/ intelligibilitatẽ/ amabilitatem/ et recolibilitatem. Et etiam reuelando eis suum infinitum bonificare/ magnificare/ eternificare/ et ceteros suos actus infinitos. Sed ad hanc rationũ/ et actuũ immẽsitatem/ deficerent omnes substantie separate: nisi deus earum intelligere/ amare/ et recolere super naturã/ virtutẽ/ et potestatẽ (quã habent per seipsos) eleuaret. quemadmodum intellectum hominis/ eleuat per fidem: credendo id cui

veritas supra suā capacitatē est. et voluntatē eleuat/per caritatē:ad amādum supra seipsam. et memoriam/per speciē: ad memorādum supra vires suas/gloriā perfectissimam/quā habebunt sancti in contemplatione diuine essentie/diuine generationis/et spirationis:et actuū infinitoꝝ diuinarū rationū. Tāta enim est illa gloria/et dei erga sanctos bonificatio/et amor: vt ferme ipsa valeat a nullo existimari. Anima christi/dat gloriam animabus separatis: eas amādo/recolendo/et intelligēdo. sed glorificantur substantie separate/in eo ꝙ animā Christi intelligunt/amāt/et recolunt. que gloria est eis naturalis: quia in natura/cum anima Christi conueniūt. sed anima ratione cōiunctionis cum natura diuina exaltabit eis gloriam quā habēt supra naturam:et sic habent gloriā naturalē/et supranaturalē/et talis gloria est admiranda/et ineffabilis. Post generalē hominū resurrectionē/dabit corpus Christi gloriam corporibus beatoꝝ/secūdū sex sensus: visum/auditum/odoratum/gustū/tactum/et affatum. secūdum tactum credo per beatissimorum Christi pedum osculationem satisfactum erit corporibus. secundum affatum vero:per verba dulcissima/et amabilissima. et hec corpoꝝ glorificatio sine beatissima incarnatione:et corporum resurrectione esse non posset.

De septem articulis incarnationis/siue humanitatis.

Primus articulus. Conceptio de spiritu sancto. Cap. VIII

Deus pater/et deus filius:per amorē spirant spiritū sanctum. Et ideo spi-
d ritus sancti fuit/sacratissimā mariā inspirare: ad cōsentiēdum verbis Gabrielis/annunciātis filij dei incarnationē/qua posset se filius dei hominem facere. Sicut enim in beatissima trinitate/pater cōcipit filium/et pater et filius/spirant spiritum sanctum per amorē: sic incarnationē spiritus sanctus per amorē cōcepit/et mentē beate virginis spirauit per amorē. et beata virgo spirationē concepit: et ex duobus cōceptis/facta est filij dei incarnatio/cui soli ipsa cōpetebat. vt in idētitate persone/conuenirent: filiatio diuina/et humana. Non enim deo patri cōpetebat: quia in eadem persona/fuissent pater/et filius. nec spiritui sancto/quia in eadem persona fuissent: filius et spiritus sanctus. Solus ergo dei filiꝰ fuit incarnatꝰ/in sua incarnatione simul et generator et genitus. generator/cum sibi de elemētata/vegetata/et sensata beate virginis carne:corpus fecit pariter elemētatum/vegetatum/et sensatum. genitus vero/in quātum ipsum corpus quod sibi fecerat assumpsit. perinde atqꝫ si fecerit quis capā:seqꝫ ipse cū ea capatum faciat. Filius dei/factus homo est sine successione. fuit enim hoc necessarium. vt filius dei incarnatus: esset vna eademqꝫ persona Jhesus christus deus et homo. Si nāqꝫ anima christi (quēadmodum et alioꝝ hominū anime) per successionē/non subito/cepisset corpus informare: Christus ante fuisset factꝰ homo/ꝙ deus homo/et sic fuissent due psone: vna diuina/et alia humana. et incarnatio/cōiunctioqꝫ nature diuine cum humana: fuisset impedita. quod dicere oēs Christiani abnuunt.

Secundus articulus. Natus ex Maria virgine. Cap. VIIII

Filius dei/a patre generatur sine motu/loco/tēpore/quantitate/et ceteris
f accidētibus: que in rerum naturalium generationibꝰ/propter discessum a primo accidunt. nā generatur in essentia infinita/et eterna: in qua quidē nulla possunt accidētia subsistere. morꝰ enī rebus propter eas esse finitas accidit/ꝙ nulla sit finitas pura/nō contrario mixta/et impedita. locus vero propter motum: et tempus propter successionem/et sic de ceteris. Et diuina essentia pura/infinita/et eterna est: sine cōtrario/loco incōprehensibilis/tēpus omne et successionē excedēs.

Jdcirco ratione huius absolute (filij dei a patre) generationis: homo Christus cum quo filius dei coniūctus est/ fuit natus de beata maria virgine/ sine corruptione. ipsa semper ante partū/ i partu/ et post/ remanēte virgine. Ita vt virginitas beate marie in natiuitate christi: equaliter media sit/ inter virginitatem ipsius ante partum/ ꝛ virginitatem post partum. queadmodū in amore: vbi amare equaliter/ sine aliqua amoris corruptione inter amantē et amatū consistit/ vtriusqꝫ quodā modo et amātis/ et amati naturam/ in se retinēs. Sicut etiā Adam: anteqꝫ de eius costa facta eua fuisset/ virgo fuit/ et postqꝫ facta est eua: virgo remansit/ et habuit tunc in adā ꝛ eua/ virginitas (super nature virtutem) duas tantū extremitates particulares: ita christus virgo/ de beata sua matre/ salua eius virginitate natus est/ fueruntqꝫ Christus et beatissima eius mater: due extremitates in quibus fuit super naturam excellens/ et exaltata virginitas.

Ternus articulus. Crucifixus est. Cap. X

Christus qꝫdiu vixit in mundo: pauper/ ꝛ sine honore semper esse voluit/ et
c in cruce mori/ pricipaliter pro generis humani redemptione: etiam vt suā naturam humanam ad honorem diuine exaltaret. quoniā si Christus fuisset in hoc mundo diues/ in multisqꝫ prosperitatibus/ et honoribus constitutus/ et naturaliter mortuus: non tantum diuinā naturam honorasset/ quantum sustinēdo paupertatem/ vēditionem/ captionem/ flagellationem/ vituperium/ et vltimo mortem in cruce: ad redimēdū genus humanū/ quod deus per peccatū primi parentis amiserat. Atqꝫ Christus in hoc hoībus dedit exēplū vt ipsum in vita taliter honorent/ et ei seruiant: qualiter ipse diuinā suam naturam/ dum viueret/ honorauit/ ꝛ ei seruiuit: aduersitates/ labores/ dedecus/ et mortem/ vt supra dictum est perferendo. Christus tantum secundum eam naturam/ secundū quam factus fuit homo/ mortuus est/ vt secundum humanam: non quo ad diuinam/ quia non secundum eam se hominē fecerit. Et cū mortuus est/ seiuncta fuit eius aīa solū a corpore: nō a natura diuina/ cui inseparabiliter vnita est. oportuisset enī dei filium rursus incarnari.

Quartus articulus. Descendit ad inferos. Cap. XI

Anima Christi/ non per se: sed cum deitate coniuncta/ potuit descēdere ad
a inferos/ et hinc educere animas sanctorum. Sed quia tūc mortuus esset Christus/ erat a corpore separata. Et ideo deus/ in descensu fuit homo in se: quia in anima. sed homo/ non fuit homo in se: propter corpus humanū/ quod tūc aberat/ in cruce/ aut sepulchro. Attamē deus: quo ad suā naturā/ nō fuit in descēsu: quia cum sit infinitus/ vbiqꝫ est.

Quintus articulus. Resurrexit Cap. XII.

Resurrexit Christus vt homo: quia prius mortuus vt homo erat: nō vt de
r us. et idem Christus resuscitator quo ad deitatem: resuscitatꝰ est/ quo ad humanitatem. Tantam autem resurrectionem christi esse oportuit per iteratam sue anime/ cum corpore coniunctionē: quanta fuerat mors/ per separationē. et non solum in quantitate: sed et in alijs predicamentorum rationibus resurrectionem morti oportet respondere. alioquin/ vera non fuisset resurrectio: nec christus homo/ esset reuersus in suum numerum. Primo enim/ quādo deus fecit se hominē/ in vtero beate marie virginis: constituit hominem in diuina persona/ cui animam humanam/ et corpus humanum coniunxit. Et quando resurrexit/ remanserunt in persona diuina/ coniuncta: sicut prius. et fuit verus homo post mortem/ sicut ante. aliter non fuisset resurrectio: sed potius alia incarnatio/ in qua non fecisset se homi-

nem/in vtero beate marie. et assumpsisset deus/duos homines essentia et numero differētes: quod incōueniēs est. Christi resurrectio signū duplicis resurrectiōis est: primo generalis future hominū resurrectionis/iustis ad gloriā/et peccatoribus ad penam. Ipsa etiā signū est/resurrectionis delinquētium ab eorꝝ peccato: in quo vt emortui iacent. quoniā sicut anima/et corpus Christi/cum per mortē seiuncta fuerunt/nō potuerunt iterum sine diuina psona cōiungi: sic peccator qui a deo suo per peccatū/separatus est/et ideo vt mortuus: nō potest a peccato reuiuiscere/nisi iterꝝ deo per eius amorem/et peccati odium/se moraliter coniungat: mediante contritione/confessione/et satisfactione.

Sextus articulus. Ascendit ad celos. Cap. XIII

t Ile qui ascendit ad celos: fuit christus/deus homo. qui sic ascendit p ascēsum hominis/sicut per descēsum hominis: prius descēderat ad mortē. nō enim potuit natura diuina ascēdere: cum sit infinita/et ideo vbiqꝫ existēs. nisi forte quēadmodū cuiuslibet hominis animā: per accidēs/et ratione corporis/in loco esse dicimus: et ad motum corporis moueri. Ascēsus christi ad celos: signū est vniuersalis ascensus corporꝝ beatorꝝ ad celos/post generalem eorꝝ resurrectionem. In quo ascēsu non amplius solita grauitas/siue pondus ipsorꝝ corporꝝ/reluctamentum/vimqꝫ eis aliquā ascendendi afferet: quia tunc erunt ipsa corpora glorificata/leuia/subtilia/et sine corruptione lucida.

Septimus articulus. Iudicabit viuos et mortuos. Cap. XIIII

d Ominus noster Ihesus christus/post resurrectionē generalem iudicabit viuos/et mortuos/iustos ad gloriā/peccatores ad penā sempiternā. Iudicium autē illud erit vnū: sed a iustis/et peccatoribus/alio/et alio modo receptum. sicut in iudicio/iudex vna sententia dat iusto: et eadē sententia auffert ab iniusto. Christus iudicabit quo ad deitatem: quia est deus/et dominus/gubernator/saluator/et glorificator. et iudicabit in quantum homo: quia per ipsum erit iudicium auditū/et affatum/poteritqꝫ videri iudex. quod fieri: sine incarnatione potuisset nunqꝫ.

De decem preceptis legis. Pars secunda.

l Egis/decē sunt precepta. cuius signū est/homo: cōpositus ex octo partibus. scilicet elemētatiua/vegetatiua/sensitiua/imaginatiua/intellectiua/volitiua/memoratiua/anima/ꝛ corpore. Quarum sex prime: ad duas vltimas animā/et corpꝰ/ordinātur. quibꝰ datū preceptū est/bonū agere/ꝛ nō malū. Idcirco preceptorꝝ tria sunt affirmatiua/et septē negatiua: vt patebit in ꝓcessu.

Non habeas deos alienos. Primū preceptū. Cap. XV

p Recepit deus/ꝙ nō sis ydolatra: in habēdo deos alienos. sed nichilominus maior pars mūdi/a vero dei cultu nunc deficit/deosqꝫ habet alienos. quare assidue debēt clerici predicare: vt verā christi fidē multiplicent. ad hoc enim electi sunt. dicēte domino: euntes in mundū vniuersum/predicate euangelium omni creature. Et videāt/qui hoc possunt/sed cōtēnūt quid faciāt. quoniā deus: nec decipi potest/nec cogi. Allegorice loquēdo/ille habet deū alienū: qui negat aliquid esse in deo/quod tamē ī eo est. ꝛ qui aliquid in eo affirmat: quod nō est. sicut sarraceni/et iudei/qui sanctissimā trinitatē in deo vno/esse negant: et diuinas rationes/habere actus infinitos/et eternos. Insuper dicunt sarraceni: deum in se/non posse esse bonū/magnū/potentē/intelligentē/et volentem. sed solum vt extra: producat bonas/magnas/et potētes/creaturas. qui autē sic credunt verū deū non

habēt/et sunt ydolatre. Qui etiam aliquid huius mūdi: vt honores/prosperitates/patrē/fratrem/aut filium magis ꝙ deum diligunt: faciunt sibi ydolum. quia deum supra omnia: totis nobis ipsis amare debemus. soliqꝫ deo: perfectissime hoc pacto amari competit. quid ergo mirū (si pene in mundo oēs/suas diuitias/honores prosperitates/et cetera mundi bona/deo preponunt: deqꝫ ipsis ydola sibi faciant) hunc mundum ita permaneuter in turbato statu affligi: vt potea quo deus suā (ob innumera mala) faciem auertat/et prolonguet.

Sabbata cole. Secundum preceptum. Cap. XVI

D Eus sex diebus creauit mundum: et septima/ab vniuerso opere (quia iam completum erat) quieuit. non quia defessus: est enim indefatigabilis potentia. Precepit itaqꝫ ad suam imitationem deus/hominibus: vnam diē in ebdomada colere/in qua quiescerent a suis operibus/in recolendo deum/ꝛ eius operationes/ipsum laudando/benedicendo/adorando/gratias et referendo/et veniam de peccatis postulando. Eam tamen pleriqꝫ inordinant/et de ea ydolum faciunt: ipsam propter cibos/potus/ornamēta pulchra/dormitionē/et alia vana querentes: que ideo magis ꝙ deum/amare videbūtur. sed hoc multi faciunt ex ignorātia: quam eis negligentia/et abusus parit clericorum. qui incessanter laicos admonere tenentur: de intentione/ꝛ causa ꝑpter quā tali die/iussi sunt ab vniuersis operibus quiescere. Propterea enim recipiunt a laicis decimas/ex quibus viuant: vt non (de vita solliciti) occupentur in mechanicis. sed potius in rebus que ad ecclesiam/et deum pertinent.

Honora patrem et matrem. Tertium preceptū. Cap. XVII

P Recepit de⁹ homini/honorare patrē suū/et matrē: et dignū est. nā esse fili⁹ sine patre/et matre/non potest: eo ꝙ de ipso est genit⁹/per ipsos nutritur/ꝛ edocetur. et hic sensus est litteralis. Allegorice autē/deus est pater oīm: quia creator/gubernator/dās sapiētiā. et ecclesia sancta/est mater: quia est fidelium aggregatio. et mediante ipsa: ad saluationē/hoīe cōtēdūt. debēt ergo ab oibus/ de⁹/ et ecclesia sancta: sūma in reuerētia/et honore haberi. Atqꝫ honor q̄ eis exibetur: debet in similib⁹ rationib⁹ cū ipsis respōdere. vt quia deus de⁹ est bon⁹/et magn⁹/pariter honor ei reddit⁹: sit bon⁹/et magn⁹. ꝛ in alijs rationib⁹ eodē modo. Et quia ecclesia est bona/et magna: ita etiam honor ei exibit⁹ sit bon⁹ et magn⁹. At bon⁹ ꝛ magn⁹ honor ecclesie: est ꝙ ipsa exaltetur/ꝛ predicetur/ꝑ vniuersū mūdū/vt ad eā infideles veniāt/fidē accipiētes. Quapropter qui hūc laborē ꝑdicationis spernūt: ecclesiā inhonorāt/ī ei⁹ magno bono: negligētes. Placeat ergo diuine bonitati/multos imittere bonos/ ꝛ fideles ecclesie ꝓcuratores: q̄ (suos honores/ꝛ bona diligentissime fouēdo) eā exaltēt. ꝛ cū tales b̄n̄dcti: paterqꝫ supradict⁹/erit de tali eccl'a ꝓtēt⁹.

Non accipias nomē dei inuanum. Quartū preceptū Cap. XVIII

P Receptū homini est/nō accipere nomē dei ī vanū: iurādo ꝑ deū falso. Et hec littere intelligēna est. Sed p̄ceptū allegorice ītelligit: nō accipias ī vanū ꝓsperitates/ꝛ aduersitates/quas de⁹ imittit/qm̄ eas nō dat sine causa. Dat enī ꝓsperitates: vt bona ex ipsis fiāt. et q̄ eas ad malū applicat: nomē dei in vanum accipit/ipsasqꝫ prosperitates. quia fit auarus/aut prodiguo. Et dat alicui aduersitates/propter mala que commisit: aut vt experiatur eius patientiam. Qui ergo in ipsis fuerint impatientes/aut superbi/ aut desperantes/ deum non timent. Et sic accipiunt eius nomen in vanum. Iterum qui in peccato mortali/ agit de sacramentis ecclesie: aut illa recipit/ est accipiens nomen dei in vanum.

Qui etiam decem preceptis non parent: ea spernētes. Qui semper verbū dei audiunt: et non emendantur. Qui aliquid querit secundum intentionem peruersam. vt episcopatum propter diuitias/honores/et vitandam prolem. Qui bona faciūt/solum vt boni appareant: et laudētur. vt ypochrite. Qui que predicant non faciunt. Qui tantum verba in oratione habent: mēte vagi. Hi omnes nomen dei in vanum accipiūt. Quare ad ipsos/ generale preceptū/ nō accipias nomē dei tui in vanū cōtrahēdo/ tot sub eo poterunt particularia sumi precepta que sunt:

In prosperitatibus ne te extollas.
In aduersitatibus ne sis impatiens.
In peccato mortali: ecclesie sacramenta ne tractes/ aut ea recipias.
Decem preceptis pareto.
Verbum dei: facto comprobes.
Secundum intentionem peruersam nil queras.
Ne sis ypochrita.
Que dicis facias.
Mentem in oratione habeas.

Non occidas. Quintum preceptum. Cap. XVIIII

q Uod ad litteram preceptum est/non occidas hominē iniuste. iuste tamē (vt vbiqz in terris iusticia seruetur) licitum est. Secundū sensum allegoricū/ multa sunt que hominem occidunt: peccatum/infamia/ bonorū alienorū raptus/vituperium/honor indecens/filij supra suum et parentū statum ditatio/malum exemplum/et impatientia. peccatum enim hominē cecrabit/et separat a suo fine (qui gloria est/et vita sempiterna) et ad mortē inferni perpetuā perducit. Infamia: mors est bone fame. Raptus bonorū alienorum/alteri parit indigentiam: per quā potest mori. Vituperiū: cui fit/eū promouet ad irā. per quam aliquādo (vt cum vehemens est) ad mortem se disponit. Honor indecens: gignit vanam gloriā/per quā se/homo interficit. Filij supra parētes ditatio: ipsum superbum facit/et parētes spernere/et luxuriosum. ex quibus mors generatur anime. Malum exemplum: occasionem/et audentiam quandam prebet peccandi. et qui peccant se occidunt/ et animā. Impatiētia: quedā rebellio est/nō timētiū deū. at qui deū nō timēt/prope mortē sunt. Per generale ergo p̄ceptū nō occidas particulariter nobis hec oīa p̄cipiūtur.

Deum ne offendas.
A nullo: sue fame laudem auferas.
Bona aliorum/ne surripias.
A conuicijs abstineto.
Indecenter/ne honores.
Filius: supra parentes/ne ditetur.
Ne sis alicui malo exemplo.
Patienter tolera aduersitates.

Non furtum facies Sextum preceptum. Cap. XX.

b Ona temporalia homines: per iustas sibi possessiones appropriant. vnde iniustū est alteri/ea q̄ iuste possedit: furari. et q̄ ita furant̄ iniusti sunt/et sine caritate: habentes mortis habitus/ eos obumbrantes. et ideo dedit homini deus preceptū: non furtum facies. cuius litteralis intelligētia: est de bonis terrenis. Sed altiorē querendo intelligentiā/furtū faciūt: qui sibi (quod deo debetur) attribuūt/aut bonū ab altero factū: querētes eo bono (ac si fecissent) falso honorari.

Qui etiam indigne/dignitates subeunt. Nam tales: a dignis/et iustis/eas furantur. vt qui episcopatum/per symoniam ineunt: indigni episcopatu sunt/ et a digno ipsum furantur. Qui bona ecclesie (que pro pauperibus/ habuerant) parentibus elargiuntur. Nam idem fere est/dare parentibus: ac si ij ipsimet qui dant/ eas pro se nullis erogando retinerent. parentes enim idem sunt sanguis. Qui scientiam: que de se multiplicari/et manifestari appetit: occultant. nam eam ociosam faciunt. his itaq; omnibus modis/preceptũ erit: nõ furtũ facere. quare et tot sub generali precepto particularia continebũtur precepta que sunt hec.

Non tibi quod deo debetur/attribuas: aut bonum ab altero factum.
Dignitates indignus ne subeas.
Bona ecclesie/que pro pauperibus habes: parentibus non elargiaris.
Non occultes scientiam.

Non facias falsum testimonium.

Septimũ preceptum. Cap. XXI

q Ui pro ferendo testimonio/ad iudicem citantur: omni penitus sublato fauore/equaliter ad accusantem/et accusatum se habere debẽt. quia qui tales: prope fateri veritatem. Alioquin si magis ad vnam partem inclinantur: falsum dicent testimonium. propter quod deus prohibuit/et precepit/ hominibus: ne falsum faciant testimonium/quia peccatum est. et hoc: preceptum intelligẽdo secũdum litteram. Sed allegorice/falsi sunt testes: qui de deo/quod nõ est/ asserunt. et quod in eo est: negant. Falsificantes etiã sacrã scripturam: vt heretici. nam sacra scriptura: verum de deo testimonium est. Eligentes prelatum/ cum symonia. nam prelatum esse iustum/et sufficientem/ad officium testificantur: cum tamen iniustus sit/et ad officium insufficiens. Adulatores: nam aliquem de ijs que sibi non insunt/ac si inessent/laudant. et quod in eo est malum: negant. Econtra et detractores. Bonum enim/quod in aliquo est: inesse/negant. et malum/quod non est: de eo asserunt. Qui nimium/pro vicijs: bona terrena exaltant/et ipsis posse malum fieri negãtes. vt auari/qui suas diuitias omnibus rebus preponunt/miruq; in modum exaltant: vt videatur minus malum eorum auaricia. Sub ergo generali precepto particularia hec omnia precepit deus.

Quod in deo est ne adimittas: aut quod est neges.
Sacram scripturam ne falsifices.
Prelatum cum symonia ne eligas.
Ne sis adulator.
Nulli detractes.
Bona terrena ne exaltes.

Non mechaberis.

Octauum preceptum. Cap. XXII.

n Obis preceptũ est/ non mechaberis: quia hoc est contra matrimonium/ ecclesie sacramentum. est enim matrimonium: spiritalis copula/inter virum/et mulierem/ ita vt nec vir pluribus mulieribus: nec pluribus viris mulier/cõmunis sit. Et huius copule/tota intẽtio est procreare filios: quã intẽtionẽ/ qui in aliquo peruerterint/non omnino obseruãtes: mechi omnes sunt. vt vir qui cũ muliere/propter voluptatẽ agit: mechus est. et mulier que se ornat vt appareat pulchra/ et cupiant eam homines: mecha est. Luxuria primo oritur in mente: que quamuis homines ad actũ non perducat/nichilominus tamẽ luxuriosus est ille: in

cuius mēte orta est. Et dispositio luxurie: incipit per visum/et auditū/et inde penetrat vsq ad imaginationē/post quā venit ad intellectum/et vltimo ad memoriam. Et si voluntas non cōsentit: peccatum solum veniale est. si cōsentit: mortale. Duo sub generali precepto particulariter precipiuntur que sunt.
Cum muliere (propter voluptatem) ne agas.
Mulier (vt ab hominibus concupiscaris) ne te ornes.

Non concupiscas vicini tui vxorem.

Nonum preceptum. Cap. XXIII

Icini: familiares/et amici adinuicem semper esse solent/et frequentes se
v mutuo visitare. atq sepe vident: alter/alterius vxorem. Et idcirco precepit deus homini: vt non vicini sui concupisceret vxorem. Sed allegorice vicinum non solum eum dicimus/qui alteri habitatione cōiūctus est: verumetiā: qui in altero confidit/et si ab eo habitet remotus/ei vicinus est. pariter et qui alterū diligit. Quare etiā confidentiū in nobis/et amicorū (ac si proprie vicini essent) non debemus vxores concupiscere. Talis nāq concupiscētia: cum ad actum perducta fuerit/maius est luxuria simplici peccatum. et ab ea distinctum. hoc ex opposito cognoscitur. maior enim est castitas/qua resistit aliquis concupiscentie vxoris vicini sui/ne ex ea perducatur ad actum: q̄ ea qua concupiscētie alterius cuiuscunq mulieris. quia frequenter vxorem vicini sui vidit/audiuit/et locutus est cum ea: et ideo magis incitatur ad eā/q̄ ad alterā quācūq. Iterū talis cōcupiscētia: fundata est p luxuriā/ex eaq oriuntur proditiones/et falsitates/quibus ipsa multiplicatur.

Non concupiscas bona terrena vicini tui.

Decimum preceptum. Cap. XXIIII

Uemadmodum in superiori precepto/de vxore vicini diximus: ita quoq
q et eodem prorsus modo in presenti/de bonis terrenis vicini dicēdum est. Sicut enim dictum est/si aliquē luxuria pungi contingat/hoc fortius debere ad vicini vxorem (propter familiaritatem) fieri/q̄ ad aliam quācūq mulierē: sic etiam si auaricia aliquis tēptetur/propter eandē causam/fortius ad bona vicini/q̄ ad aliorum quorūcūq: tēptabitur. Et ex opposito: si fortiter concupiscentie bonorum vicini sui/ne perducatur ad raptum resistat: intensius iusticia/prudētia/fortitudine/spe/et charitate habituatus est/q̄ solum resistendo concupiscētie bonorū alterius/qui nō est vicinus. Iusticia quidem. Nam iustior est aliquis/inquantum fidelis est vicino suo legali: q̄ extraneo. dat enim ei audētiam/in vicinū: familiaritas. Prudentia: quia prudentior est/inquātum frequētius (inq̄ quotiens videt vicinum) auaricie resistit. Fortitudine: eadem ratione/quia frequēter fortia est. Spe: quia magis vicini amicitiam/et ab ipso veniam speras: q̄ amicitiam extranei/aut ab eo veniam. Charitate: quia tanto magis diligis vicinū tuū/cum res suas minus concupiscis. Dictum iā de decē preceptis est: que possunt ad duo precepta reduci. que sunt hec. Dilige dominū deum tuū/plusq̄ teipsum: et proximū tuū/sicut teipsum. Continent enim hec duo/alia decem. eo q ipsa non possumus omnino adimplere/et eis obedire: quin prius decem dicta impleamus. Quis enim deum/potest supra seipsum diligere: et tamen habere deos alienos? aut non sabbata eius colere? aut non honorare (ad eius et ecclesie similitudinem) patrem aut matrem: cum ipse sit pater omnium/et ecclesia eius sponsa mater? aut eius nomen in vanum accipere? Et quis potest occidere/si proximum sicut seipsum diligat: et omnis homo secundum naturam sit proximus? aut furtum facere? aut dicere falsum

testimonium/ aut mechari/ aut vicini concupiscere vxorem/ aut eius possessiones: nam proximũ non potest quis sicut seipsum diligere: nisi eum toto seipso dilexerit. Se enim/ hoc pacto: diligit vnusquisq;. Et hic amor vnius cuiusq; hominis ad seipsum aperit in hominibus signatã diuine trinitatis imaginẽ. Cum nãq; est omnino/ homo ad se conuersus/ q; seipsum amat considerans/ alterum subito in se: sibi similem et equalem concipit/ in quo se videt/ et amat. cũ quo statim per amorẽ ab vtroq; procedentem/ et vtriq; equalem (alioquin non se toto seipso homo diligeret) in idẽtitate essentie/ et humanitatis/ connectitur. ita vt in ijs tribus/ sit tantum vnus homo/ qui seipsum amat: quemadmodum vnus tantum est deus (vt seipsum amat) trinuo. Possunt etiam omnia decem precepta: ad hoc preceptum quadripartitum reduci. Dilige dominum deum tuum ex toto corde tuo/ et ex tota anima tua/ ex tota mente/ et ex totis viribus tuis. ex toto corde: id est ex tota voluntate. ille vero deum ex tota voluntate sua diligit: qui ipsum super omnia/ et alia omnia propter ipsum/ diligit. Ex tota anima tua. hoc intelligere rationabiliter/ cum scilicet deũ/ nõ propter nos ipsos solum: sed eum secundum primam intentionẽ/ et propter se diligimus. irrationabiliter autem deũ diligit: qui ipsum propter aliquid extra se/ vt propter bona terrena diligit. et hoc modo deum diligens: est viciosus. nam in se/ deus est diligendus: vt quia bonus/ infinitus/ magnus/ etern9/ ꝛ potens: et sic de ceteris. Ex tota mente sua nõ potest homo deũ pfecte diligere: nisi diligat ex omnibus potentijs/ cum quibus agit mentaliter. Hec autem sunt quatuor: scilicet imaginatio/ intellectus/ voluntas/ et memoria. et nisi etiam diligat/ ex omnibus actibus earum: vt ex toto suo imaginari/ intelligere/ velle/ et recolere. Diligimus deum ex totis viribus: cum omnes potentie superiores prius enumerate/ et inferiores elemẽtatiua/ vegetatiua/ ꝛ sensitiua/ bona terrena/ virtutes morales/ cardinales/ theologales: in nobis colligãtur/ ad deũ pfectissime diligendũ. Diligẽter ergo super hoc/ considerare clerici debẽt/ ꝛ se ad cor cõuertere: quomodo ipsa precepta impleant/ ad que ipsi finaliter obligantur.

Tertia pars

De septem ecclesie sacramentis.

Eptem sunt ecclesie sacramenta: que volumus fundare in domino ihesu

f Christo/ et de ipso iudicare. ipse enim est totius ecclesie fundamentũ.

De matrimonio. I Cap. XXV

Atrimonium est spiritalis inter virum/ et mulierem copula: vt non sit vir

m pluribus mulieribus/ nec pluribus viris mulier/ communis. per quod sacramentum/ signata est incarnatio filij dei/ per conceptionem factam a spiritu sancto/ et beata virgine maria: vt prius in primo articulo humanitatis dictum est. E conuerso etiam: per virtutem conceptionis/ filij dei ex maria virgine/ signatũ est matrimoniũ inter virum et mulierem. quoniam sicut in conceptione filij dei/ diuerse nature diuina scilicet/ ꝛ humana simul vniuntur: sic in matrimonio vir/ et mulier/ qui in sexu diuersi sunt: se coniungunt/ et ligant per mutuum consensum. In huius similitudine: clericus cum ecclesia matrimonium contraxit. Item quẽadmodũ finis matrimonij/ est bonus filius quem intendit vir ad seruitiũ dei facere/ et quẽ cõcipit et mulier: sic etiam finis clerici cum ecclesia/ est bonus fructus/ quem facere debet clericus per ecclesiam/ que concepit per suos ordines sacramẽta/ articulos/ et precepta. Et propter hanc similitudinem: data est clerico potestas/ virũ/ et mulierem matrimonio coniungendi.

De baptismo secundo sacramento. Cap. XXVI

Er peccatum primoꝝ parētum: fuit tota massa humana/ corrupta. et ideo
p oēs homines qui ex ea deinceps nati sūt: hāc corruptionis labem/ in prima sua origine (que secundū carnē est) habuerunt. Quare hominē oportuit regenerari: non in carne/ que corrupta est/ sed in spiritu. Et non potuit homo/ in spiritu ab homine secundū carnē nato/ regenerari. Itaqꝫ necessarium filium dei fuit incarnari/ fieriqꝫ hominē Jhesum christum: vt qui solꝰ potuerit per diuinitatē coniunctā/ humanā naturā ab originali corruptione/ et peccato: regenerare. Et ad hanc regenerationē designandā/ ipse christus/ filius dei primo ablutus/ et baptisatus est in flumine iordani: ad dandum exēplum omnibus/ qui cōsequēter in nomine eius crederēt. vt cōsimiliter aqua regenerationis baptisarentur: que eoꝝ originalem corruptionē abluat. Christus: quādo in cruce mortuus est fuit ablutus sanguine/ ad significādum pariter fidelibus/ baptismū sanguinis quo pij in eū credentes: non renuerēt postea pro ipso ablui. et hic baptismus fit per martyriū. Iterū p flāmā/ et ardorē volūtatis/ quo ardore maximo Christus voluit ad nos redimēdū in cruce pati: designatus est nobis baptismus volūtatis/ qui est quādo pro affectu vult vnusquisqꝫ in christo baptisari. Cum istis tribus speciebus/ cōstitutus est nobis baptismus: quoniam sine ipsis baptismus non haberet virtutem/ ad mundandum nos de peccato originali.

De confirmatione tertio sacramento. Cap. XXVII

Onfirmatio: sacramētum est/ quod datur nō sicut baptismus/ infantulis
c q̄ primū editi in lucē sunt: sed etate grādioribus/ ꝛ adultis cum se esse christianos affirmāt. hec antē: signata fuerat per christum/ in cruce morientē/ qui omnia figura/ et omnes operationes/ quas ipse ad nouā instituēdā legē in vita fecerat: sua morte cōfirmauit/ et cōpleuit. Cum enim christiani sumus/ et irreuocabili proposito/ in eadē fide permanere intēdimus/ querētes legis habitum: in ipsa tunc lege cōfirmamur. per hanc confirmationē: representatur nobis alia confirmatio/ que inter voluntatē/ et intellectum est. nam cum intellectus/ aliquid facere apprehendit: voluntas est illud acceptare/ aut recusare. Et si id acceptet voluntas: cōfirmatio (eius quod intellexit intellectus) est/ que in memoria cōponitur/ et conseruatur. et que si bona sit/ impetrata est virtus: si nō/ impetratū vicium.

De sacramento altaris quarto sacramento. Cap. XXVIII

Acramentum altaris/ est signū incarnationis domini nostri ihesu christi:
s qui facit ipsum sacramētum esse omne id quod est. quia dat potestatē presbitero/ panem (per verba que dicit) in suā carnem trāsubstantiandi. et vinū/ in suū sanguinem. hoc enim non possunt presbiter/ ꝛ verba tātum: nisi sit christꝰ/ qui prima persona est in ipso sacramento/ presbyter secunda/ verba vero instrumēta sunt/ et habitus: et sacramentum/ est habitus a substantia. Similitudo autem sacramenti altaris/ cum incarnatione: est hec. Sicut deus/ quando assumpsit naturā humanā/ cum ipsa natura humana/ et de ipsa/ se fecit hominem: non autem cum natura humana hominē fecit/ (quia primū motus fuit a deo: nō a natura humana/ sed ipsa tantum assumpta est) ita christus homo/ cum presbytero/ et verbis/ facit sacramentum altaris/ vt sit ipse primū in trāsubstantiatione: non autem presbyter/ et verba ipsum cum christo faciunt. sic enim quod posterius est/ id quod est prius: precederet. Dei filius: totus fuit incarnatus. qui cum sit infinitus/ ꝛ ideo vbiqꝫ: simul in celo/ et in terra/ deū hominem/ pariter vbiqꝫ in celo/ et in terra ipsum esse oportet. ali-

oquin si alibi deus esset tantum/et non deus homo: non esset totus filius dei incarnatus. Attamē christ⁹ qui in celo est/in quātū homo nō est vbiqꝫ: sed sacramētaliter est in altari/et in celo. quia filius dei/nō magis vbiqꝫ est: ꝙ̄ vbiqꝫ hō. Et ex hoc: manifest⁹ est mod⁹/ꝑ quē fit ip̄m sacramētū. et quo mō nō oportet/ꝓpter trāsubstātiationē panis in corp⁹ christi/que in altari fit: christū se de celo omittere. aut ei⁹ quātitatē per totū id spaciū/qd̄ inter celū ⁊ terrā est: extēdi aut ꝑ id spaciū in quo est oē⁹ homo. Nam priusꝙ̄ ipsa panis transubstantiatio fiat: filius dei/homo est in altari. Et eadem est quantitas corporis christi in celo/et in altari: sine magis et minus. et hoc per illam virtutem/per quam oē⁹ est vbiqꝫ homo: quia totus incarnat⁹. Quare facta transubstantiatione panis in carnem: nō remanet quantitas/panis in carne. quoniam iam ea quanta est/per quantitatem quam habet corpus christi: in celo/et in terra. veruntamen in corruptione hostie/consumitur sacramentum: nō corrumpitur corpus christi. quia est incorruptibile. Sola hostia corrumpitur/cum priinis accidentibus/que non actu/ sed potentia solum/ remanserant in materia hostie: et fuerūt de potētia/ad actū reducta/cū primū fuit hostia facta ꝑ corruptionē. tūcqꝫ ab hostia/transijt sacramentū: eam omittens.

De ordine presbyteri quinto sacramento. Cap. XXVIIII

p Resbyter significat christum/in quo clauditur omnis ordo creaturarum. Creauit enim deus vniuersum/et ea omnia que in ipso sunt: vt ipsum exaltaret/se hominem faciendo. quia aliter: non potuit vniuersum/exaltari. Nam cū homo sit omnis creatura/que extra deū est: erit christus deus homo/omnium creaturarum/et consequenter totius vniuersi exaltatio. Itaqꝫ creationis vniuersi/finis fuit: vt deus se faceret hominē. quo nullus altior/creationis vniuersi finis: esse potuit. quoniā diuina bonitas/nō magis bonificare actū suū potuit ad finē ordinare: ꝙ̄ tunc fecit in christo Jhesu deo/⁊ homine. nec diuina magnitudo: suum magnificare. aut aliqua aliarum diuinarū rationum: suum actum. Presbyter ergo: qui in similitudine est christus/factus est propter eucharistiā/⁊ alia sacramēta/que ei ad maximū (in vita agi possibile) bonum ecclesia cōcepit. Enimuero propter sui officij altitudinē/dedit ei deus potestatē in celo et in terra ligādi/et absoluendi per dominū ihesum Christū/et ꝑ id omne quod ordinatū in ipso sacramēto sacerdotali est: ligādi quidē hoīes ad penitētiā/⁊ absoluēdi a peccato. idcirco supꝑ hoc cōsiderēt clerici/ in qua sint maiestate: quātumcunqꝫ deo/ad ei seruiendū obligētur. ne ꝓpter sue dignitatis ignorantiā/deo male seruiētes: in ignē corruāt sempiternū.

De penitentia sexto sacramento. Cap. XXX

p Enitentie sacramentum/signatum fuit per dominū ihesum christum: qui primus (in cruce propter redēptionē generis humani moriēdo) penitētiā fecit. ad verā autē penitētiam/tria requiruntur: cōtritio/confessio/et satisfactio. sine quib⁹ nō est dispositum sacramētum penitētie: nec presbyter potest eos (qui de cōmissis veniā ab eo petunt) absoluere. cum hec a summa penitētia/quam fecit christus in cruce: depēdeat. Per cōtritionē enim: peccator dolet/et tristatur de cōmissis/cum voluntate nō amplius in futurum peccādi. Per confessionē: submittit/et obligat se ad penitentiā/secundū voluntatē cōfessoris. vt ieiunando/orando/peregrinando/et que bona iniuste detinet reddēdo/ et peccata fugiēdo. Per satisfactionē vero/satisfacit: cōtrarium faciēdo eius/in quo peccauerat. vt si fuerit intēperans: a cibo/et potu abstinēdo. Si superbus: se humiliando. Si auarus: pauperibus/liberaliter erogando. et sic in alijs.

De extrema vnctione septimo sacramento. Cap. XXXI

e Xtrema vnctio: est sacramētum dependēs ab illa vnctione sudoris/ ⁊ sanguinis/ quam habuit christus/ in extremitate mortis/ in cruce. Quod sacramētū quo ad litterā signū est: q̄ homo de cōmissis petit veniā p visum/ auditum/ olfactum/ gustum/ et tactū. Sed secundū allegoricā intelligēciam/ signū est hominē mētaliter de peccatis dolere cum cōtritione/ cōfessione/ et satisfactione: que sunt aromata cum quibus peccatum a subiecto expellitur/ et in eodem intrant virtutes. et tunc disponitur subiectum ad gratiā/ et benedictionem/ recipiendam a domino nostro Jhesu christo/ qui est fundamentum omniū predictorꝝ sacramentorum: in quibus apparent ipsius admirande/ et super naturam exaltate/ operationes. et altissime participationes/ inter ipsum/ et hominem iustum: vt cognoscantur/ diligantur/ et recolantur/ eius altitudines: et de ipsis confidētiam in vita/ et in extremitate mortis habeamus.

Quarta pars.

De septem donis spiritussancti.

s Unt hec septem/ que dat spiritussanctus: sapientia/ intellectus/ cōsilium/ fortitudo/ sciētia/ pietas/ timor. que idcirco dātur hominibus/ vt per ipsa disponātur homines: ad gratiā/ et benedictionē a spiritussancto recipiendam vt ipsum homines cognoscant/ recolant/ et ament. Hec autē dona volum⁹ ad aliquas virtutes (que felicitatis et paradysi vie sunt) applicare. quoniā sine ipsis/ non possunt aliquo pacto virtutes: exaltari. quemadmodum nec voluntas hominis/ potest sine charitate a deo data: exaltari.

De dono sapientie. 1 Cap. XXXII

s Piritussanctus dat sapiētiā/ per quā intellectus eleuat suū intelligere/ ad intelligendā fortitudinē/ tēperantiā/ iusticiā/ et prudētiā: ⁊ voluntas/ eleuat suū velle/ ad diligendā ipsam sapientiā/ que intellectus est habitus: p quē separatas/ et sensu inaccessibiles substātias contēplatur. in quarū contemplatione/ felicitatem finē suū: homo consequitur. sed alia est huius mundi sapiētia: per quā sciunt terreni terrena/ et ad vitā necessaria/ tractare. et hec p virtutes cardinales/ simpliciter acquiritur: aut verius vna est virtutum cardinalium/ inq̄ prudētia. estq̄ hec sapientia posterior ea que a spiritu sancto data est: hec enim hoīes ad beatitudinem disponit sempiternam. Illa vero non itaque.

De dono intellectus. 2 Cap. XXXIII.

s Piritussanctus: dat intellectum hominibus/ hoc est bonā intentionē/ ad agendum bonū/ et euitādum malum. per quod donū intendit homo pseueranter bonum facere: et omnino dimittere malum. sed tamē homo/ quandoq̄ bene facere credēs: idq̄ bona intētione faciēs/ male agit. q̄ si hoc fecerit/ p intentionem a spiritu sancto causatā: a peccato excusatur. si non/ q̄uis idipsum bona fecerit intētione: a peccato tamē nō excusatur. quēadmodū iudei/ et sarraceni/ qui bona intētione/ et bene dicere credētes/ trinitatē in deo negant/ et incarnationem. Sed hec intētio/ qua trinitatē/ et incarnationē negāt/ nō est a spiritu sancto causata: et ideo a peccato minime excusantur.

De dono consilij. 3 Cap. XXXIIII

s Piritussanctus: multifarie/ multisq̄ modis/ dat cōsilium hominibus in cōsperātib⁹. nam si qui per bellum aut naufragium in periculo mortis sint/ et omnē sue salutis spem in eo reponāt/ eius auxilium inuocantes: talibus

statim consilium dabit euadendi: pauperibus/viduis/et orphanis/aliud consilium ad vitam degendã. bonis/atq; mitibus/qui falsorum hominũ sunt astutia decepti: consilium tuendi iuris. volentibus agere bonũ/sed forte nescientibus: reuelat modum quo possit bonũ agere/atq; dat agendi materiã. penitẽtib⁹ vero/sed nõ potẽtibus a peccato retrahi: modum quo retrahantur aperit. sicq; varie alijs permultis indigentibus/spiritussanctus consulit.

De dono fortitudinis. 4 Cap. XXXV

Ortitudo cordis/est virtus moralis: quam homo per consuetudinem vt
f ceteras virtutes morales/potest acquirere. sed aliam hominibus dat spiritussanctus fortitudinem/lõge superiorem: que a contrario expugnari/et vinci non potest. et que cum fortitudo moralis infirma est/et non potens satis alias virtutes/vt peccantis resistant fortificare: eã supplet/atq; perficit. et sic per suũ effectũ: spiritussanctus/cognoscitur.

De dono scientie. 5 Cap. XXXVI

Ntellectus humanus: sic naturaliter dispositus est/vt non possit sibi sciẽ-
i tias acquirere/nisi prius sensualibus/et imaginarijs specieb⁹: in ipsis acquirendis iuuetur. nam solũ ea ratione cũ corpore coniunctus est: vt in ipso (quod sensuũ organũ est/et anime solum propter sensus datum) sensuales has/et imaginarias similitudines ebibat: ex quibus eliciat intelligibiles/sibi ꝓprias/que ei principiũ sciẽtie sunt/et qb⁹ imediate sciẽtiã sibi parat et acquirit. Sed spiritussanctus: dat scientiam hominibus per infusionem/que est habitus altior/et perfectior. ijs maxime/qui cum bona intentione moueantur ad agendum bonũ/nesciũt tamẽ (ob ignorantiã) bonũ agere: et hoc ne eorũ frustretur intentio et motus. per talem enim sciẽtiam/scient ipsi bonum agere: sicq; motum sue intentionis adimplere. dat etiam aliquando scientiam infusam doctoribus/et magistris: qui proprio studio/et labore in scientijs alijs edocti sunt. quia tales poterunt scientiã infusam/et proprio labore acquisitam/adinuicem/alteram alteri comparare: et hoc modo cõparando altiores in vtraq; attingere veritates/et secreta. in ipsisq; errantes/atq; dubitantes dirigere.

De dono pietatis. 6 Cap. XXXVII.

Ietatẽ: possunt/oẽs moraliter acq̃rere. sed altiorẽ pietatẽ dat spiritussan-
p ctus/mediante caritate: cum qua/fortificatur/et exaltatur/pietas inferior. siquidem prioris habitus ẽst: inferiorem/et posteriorem/exaltare. sic vt quod sepe non potest per se/posterior: id cum prioris possit subleuamento.

De dono timoris. 7 Cap. XXXVIII

Imor est duplex: scilicet naturalis/et accidẽtalis. naturalis: vt cum homo
t naturaliter/mortem timet/aut famem/aut id genus alia secundum naturam timenda. accidentalis: vt quando timet homo dedecus/inimicũ/aut feram. hec enim accidunt/non sunt secundum naturam. his duabus timoris speciebus: timent omnes. Sed alius est timor/datus a spiritu sancto/longe melior/et dignior/et quo non omnes timẽt: scilicet timere deũ super omnia. et hic timor annexus charitati est: vt qui sine ea esse non possit. Ideo enĩ deum super omnia timem⁹: quia et ipsum super omnia diligimus.

De septem virtutibus principalibus.


v Irtutes principales dicuntur: q ad eas omnes alie virtutes reducantur. et tales: septem. quarum quattuor: scilicet iusticia/prudentia/fortitudo/et tẽperantia/sunt cardinales. et alie tres: scilicet spes/fides/et caritas/theologales. Cardinales aũt/theologalibus inferiores sunt: quia disponunt ad acquisitionẽ theologalium. theologales vero superiores: quia immediate gloriã impetrant sempiternã. Quãlibet illarum virtutum/diffinire intẽdimus: ne forte ob nominum (vt quid sint) ignorantiam in earum determinatione confusio accidat.

Primo ergo/iusticia: est virtus/cuius proprie officium est iudicare/et reddere vnicuiqz quod suũ est. Prudentia: est virtus/per quã homo prudenter agit/preuidens possibilia/et impossibilia: vtilia/et inutilia/et hec eligẽs/illa vero dimittẽs.

Fortitudo: est habitus/cuius officium est fortificare virtutes/contra vicia.

Temperantia: est virtus/per quam maxime cõseruatur hominis sanitas. estqz thesaurus pauperum/et diuitum: et aliarum trium virtutum iusticie/prudentie/et fortitudinis imago. Fides: est habitus/per quẽ intellectus/supra suũ intelligere credit. vt deum esse trinũ/incarnatum/conceptum de spiritusancto/natum ex maria virgine. Spes: est habitus/cuius act⁹ est sperare/et per quẽ quod supra nos est (vt felicitatem quam de nobis et per nos non possumus consequi) habere a deo speramus. Caritas: est virtus/diuine voluntati simillima/que omnes alias virtutes perficit/ac exaltat voluntatẽ/ad deum supra suas vires diligẽdũ/et proximũ suum: et per quam/maxime in fine homo quiescit. Has omnes virtutes/in sequẽtibus adinuicẽ cõparabimus: vt vnã virtutẽ cognoscamus per alteram/suas diffinitiones (in quibus cõueniunt) cõcordãdo/relicta earum differẽtia. eis etiam virtutes inferiores applicabimus/vt melius possint et superiores per inferiores/et eque inferiores per superiores cognosci. primo autẽ/iusticiã per omnes discurrere volumus/deinde prudentiã/post quã fortitudinẽ/et reliquas similiter: singulas/singulis cõparando. In quo discursu/videbimus quo modo virtutes sunt adinuicẽ annexe: et quo modo superiores/cum inferiorib⁹ participant/etiã quo modo augent/et diminuũt/suos actus.

De iusticia prima virtute. Cap. XXXVIIII





p Rudentia: iusticie admixta/ponit vtilia: et iusticia/ponit illa vtilia/esse iusta. vt si seruus obedit domino suo/iuste agit: et quia prudentia ponit vtile/prudenter agit. sed si par/pari obediat: bonũ/prudenter agit/at non iuste: verum humiliter. et si dominus seruo obedit: cum maiori adhuc agit humilitate. vnde cum iusticia/et prudẽtia in patiẽtia participãt/iusticia respicit passionẽ/q scilicet ab altero iuste aliquis patiatur: et prudentia vtilitatẽ. et si corrũpatur patientia/generãtur habitus priuatiui: scilicet iniuria/impatientia/et imprudentia.

Iusticia cum fortitudine/mediãte obedientia cõiuncta: iterum passionem respicit/et fortitudo illã passionẽ fortificat. vt si dominus quicqz seruo iniuste imperet: at seruus/iuste sit obediens/o sic solum qd suũ est reddẽdo. qui et cum obnixe a domino imperata facere cogatur/permanet tamẽ in habitu iusticie/est tunc fortitudo/que habitum iusticie in seruo conseruat/et fortificat. Et si iniustis/non sit domino seruus obediens: corrumpitur iusticia/propter fortitudinẽ que lenta est. et in domino et seruo oriuntur impatientia/ira/et superbia/et per consequens discordia.

Iusticia: cõiuncta temperantie mediãte penitẽtia/requirit penitentiã de commissis per gulam: et temperãtia requirit in vindicta tẽperamentum/vt possit subiectum portare penitentiã. nã si deficeret temperantia: propter excellentem iusticie


actum/corrumperetur subiectum/adnichilarētur qꝫ iusticia/et tēperātia. Et in hoc multi contēplatiui per seipsos decipiuntur. Justicia cōiuncta mediāte audacia/cum fide: ponit qꝫ habere fidē/est iustum/et eā honorari/multiplicari qꝫ per vniuersum orbē: vt destruantur errores/qui contra ipsam sunt. ponit etiā iustum esse id de deo credere: cuius veritas/supra capacitatē humani intellectus est. sed fides ponit meritum/et veritatē obiectiue. et sic oritur audacia/ad predicādum fidem per vniuersum mundum: mortem ob eā paruipendēdo/quia iustum est. que si corrūpatur/generatur timor: et pigricia/et euanescunt iusticie actus/patitur qꝫ fides iniuriam. Et qui tales sunt/iniuriā fidei sua negligentia afferentes: eos pene manent eterne in inferno. Justicia cum spe/mediāte legalitate: ponit iustum esse fidelē sperare in domino. et spes ponit actum suū scilicet sperare: actu iusticie habituarum. ꝛ legalitas disponit fidem/et iusticiā: et etiā per accidens audaciā/certitudinē/ꝛ victoriā. Qꝫ si corrumpatur legalitas/et oriatur suū contrarium in subiecto: non possunt in eodem iusticia et spes cōiungi/propter falsitatē/que eoꝝ impedit cōiunctionem. et sic adnichilāt audacia/certitudo/et victoria/et disponitur desperatio. Justicia cum caritate/mediāte perseuerātia: ponit iustum esse deum diligere super omnia. ꝛ caritas: dilectionē facit esse super omnia. perseuerātia autē ponit finis cōsecutionē/ratione actus continui iusticie/et caritatis. et si corrumpatur perseuerātia: orta iniuria/odio/et crudelitate/discathenātur iusticia/et caritas. nec adeo facile est/perseuerantiam reuerti/inter iusticiam/et caritatem: quia caritas/nō nisi a deo est. Et maxime eam impediunt: iniuria/et crudelitas.






De prudentia secunda virtute. Cap. XL


p Rudentia iuncta fortitudini/mediante conscientia: ponit diligentiam. et fortitudo: constantiā. cōscientia vero/timorē. et sic prudentia/et fortitudo/concathenate: a cōtrarijs vinci non possunt. Qꝫ si nō sit in aliquo conscientia/non habent prudētia/et fortitudo quo amplius in illo cōiungātur: neqꝫ diligentia/cōstantia/et timor in subiecto permanent. Prudentia cum tēperātia/mediante cōiunctione: subtiliter inquirit de peccatis que fiunt per intēperantiam. tēperantia ponit satisfactionē/de cōmissio: materialiter/siue subiectiue/sed prudētia formaliter. cōiunctio vero: ponit dispositionē contritionis/confessionis/et satisfactionis. Sed si sint prudētia/ꝛ temperantia/in coniunctione remisse: lenta erit contritio/et confessio et satisfactio difficiles/imperfecte/et prope priuationem. Prudentia cum fide/mediāte honore dei: ponit agendi diligētiā. fides: cōcupiscentiam. et honor dei: victoriam. Et tunc destruitur infidelitas/pigricia/et vana



gloria. Quemadmodum patuit in apostolis/qui per hoꝝ trium prudentie/fidei/et honoris dei obseruationē: omni pene idoloꝝ cultu sublato/breui per diuersas regiones/christianā religionē firmauerunt. Qꝫ si dei honor negligatur: non amplius fides/ꝛ prudentia/per quid vicine sint habebunt/sed vincet vana gloria. Licet hoc nostris tēporibus experiri. Nam sarraceni possident terrā sanctā/ et alias christianorum terras: et a nullis eis resistitur. Christiane enim religionis/per ꝙ pauci sunt (qui eā ab aduersarijs tuentur et deffendant) amici: ipsaqꝫ fides relicta plorat. Hec autē omnia: propter neglectum dei honorē/et mundi vanam gloriam/eueniunt.



Prudentia iuncta cum spe/ per discretionem: disponit vtilitatem in sperando in deo. spes: discretionem in sperando. et discretio: impetrationem. Et si corrumpatur discretio: disiunguntur spes/et prudentia. et impetratio: est impossibilis.




Prudentia cum caritate/mediāte pace: in caritate quiescit. et ecōuerso caritas: mediāte pace/in prudētia. Ratio huius est: quia prudētia eleuat intellectum ad intelligendum caritatem. et caritas eleuat voluntatem/ad amandum prudentiam. Pax autem: finem ponit/et quietem. est enim ligamen/ꝛ concordia earum: et quasi sicut copula/cōiungēs duas extremitates subiectum/et predicatum/vt dicēdo homo est animal. Sed quando pax corrumpitur. nō habent prudētia/et caritas/cum quo quiescant/et in quo conueniant. quia prudentia/amabilis est: et caritas intelligibilis.



De fortitudine tertia virtute. Cap. XLI



f Ortitudo cum tēperantia/et ecōuerso/temperantia cum fortitudine: abstinentiam causant. sed tunc fortitudo/et tēperantia excellētes/ꝛ in altissimo gradu non sunt. nā subiectum: et si abstineat/adhuc tamen tēptatur. Sed quando sine abstinētia sunt cōiuncte: tunc in altissimo gradu sunt/et non amplius subiectum in quo sunt/intēperantia tēptari potest. quēadmodum nec luxuria tēptari potest subiectum: habēs in altissimo gradu castitatē. et ideo quando hoc modo consistit abstinētia/media inter fortitudinē/ et tēperantiā: signū est tēperantie non satis fortificate/per fortitudinē. Fortitudo cum fide/mediante pietate cōiuncta: fortificat fidē: et fides fortificata: ponit perseuerātiā. pietas vero/ ponit lachrimas. Qꝫ si non satis fortitudo/fidē per pietatē fortificet: nō perseuerabit in fide subiectū. nec amplius habebūt fortitudo/ꝛ spes medium: per qđ possint a subiecto participari.





Fortitudo iuncta cum spe/mediante misericordia: fortificat spē. et spes pon'tdiligentiam/et dilectionem. et dilectio/et misericordia simul: ponunt remissionē peccatorum. Et si fortitudo / non satis fortificet spem: non fit diligentia / nec misericordia/ remittet peccatori. quia non est dispositus ad recipiendam veniam.


Fortitudo cum caritate/ per communitatem iuncta: fortificat caritatem. et caritas/mediante communitate: diligit fortitudinem. communitas vero/ponit abūdantiam: ponendo in communi/quod est proprium. Et si non fortificet fortitudo/ caritatem per bona communia/et caritas non diligat fortitudinem per propria/vt communia fiant: adnichilatur communitas/et conseruatur proprietas. nec fortitudo/et caritas medium habent: per quod possint participari.




De temperantia/ quarta virtute. Cap. XLII



Temperantia cum fide/mediante dispositione: coniungitur. Nam cū fides
t in subiecto intemperato esse non possit (quia est virtus/ et intemperantia vicium) homo ad eam recipiendam dispositus: temperans in cibo/et potu prius esse debet/et habere intellectum (ad credendum) temperatum. mens enim que in tēperantia ducitur/omnino ad fidei gubernationem indisposita est: perinde atq; vas rimosum/ad liquoris continentiam. Temperantia cum spe cōiungitur: mediante veritate conscientie. quoniam temperantia/ponit actum temperatum in mente/et in sensu: per quem spes sperat vtile/et illud impetrat per actum temperatum. Et actus spei/et temperantie: ligantur per veritatem conscientie/et sensus. Et si non sit in conscientia veritas: erit falsitas. et orietur ypocrisis/que est habitus falsitatis conscientie: promittens in sensu/ quod in mente non est. Temperantia cū caritate/ et caritas cum temperantia: causant continentiam/et continentia sufficientiam. Nam temperans paruo est contentus. et caritas propria/ facit communia: ideo et ea/paucis contenta. Et si corrumpitur continentia/ corrumpetur pariter et sufficientia. Et carebunt caritas/et temperantia medio: cum quo participentur. sicq; ad ortum venient proprietas/et intemperantia.




De fide quinta virtute. Cap. XLIII




f

Fides/et spes coniūcte: participantur mediante capacitate. quoniam fides ponit certitudinem: vt credendo vnum deum trinum/incarnatum/et similia que supra intellectum sunt. Sed tamen q est intellectus/eius certitudinis capax: ad ipsam (credendo) recipiendam. spes autem/ponit actum suum sperare/per quē sperat meritum: simul q sit memoria/ipsius recipiēdi capax memorando. sic enim memoria: recolit obiecta/que fides credit. Et per talem capacitatem/fides/et spes multum exaltantur: ad contemplandum summū obiectum/et altissimas suas operationes. Sed quando non manet capacitas: fides/et spes non habent cum quo possint ad altam contemplationem euehi/verū potius in contraria tendunt/fides in dubitationem: et spes in desperationem. Fides cum caritate/mediante magnanimitate: magnificat (methaphorice loquendo) caritatem credendo. et caritas/fidem: amando. et tunc sunt fides/et caritas in altissimo gradu. in quo esse non possent/nisi de deo fides crederet altissimas magnitudines: vt vnitatem/trinitatem/creationem/recreationem/vltimum iudicium generale/glorificationem/et cetera id genus. et nisi easdem magnitudines caritas diligeret: non esset magnanima. Sed est alia ab hac magnanimitas: vt quādo fides disponit intellectum ad intelligendum magnum: q non possit (nisi magna credat) intelligere magna/ītellectus. Et hoc asserit Esayas propheta/cum inquit: Nisi credideritis/non intelligetis. Nisi etiam per fidem disponeretur intellectus/ad sublimia de deo intelligenda: non posset prior caritas/magnanima esse ad diligendum summū obiectum/et predictas magnitudines. quia suus actus amare: sequitur intelligere/actum intellectus. Et sic esset discordia: inter fidē/et caritatem/quod impossibile est. Itaq caritatē esse magnā: per credere/et intelligere relinquitur. non tamen equaliter magna est per vtrūq: sed maior est per credere/q̄ per intelligere. Nā facile intellectui est/alta credere: sed ea intelligere difficile.



Esaias



De spe et caritate vltimis virtutibus. Cap. XLIIII



ſ Pes/et caritas/coniunguntur: mediante humilitate. quia per eã/ad summum obiectum conscendunt. iuxta dictum: qui se humiliat exaltabitur. Et hoc ideo est: q̄ quanto subiectum in quo sunt spes/et caritas/min⁹ sufficere se sentit ad attingẽdum alta: tãto magis sperat in summum obiectum/alta diligendo. Et idcirco summum obiectum/illum exaltat ad credendum/intelligendũ/diligendum/et impetrãdum alta in quibus sperat: vt summum obiectum cum suis altitudinibus/participet cum sperante/et humilitato: cum quibus ipsum exaltat/ac perficit. Sed si cum spe/et caritate/non sit humilitas/erit superbia: et separantur ab inuicem/spes/et caritas. nec habent cum quo/in subiecto: participari possint.

Dixim⁹ de virtutibus principalib⁹. de q̄bus artificialiter data doctrina est qua poterit in promptu clericus: oĩm aliarum virtutum quas etiã pretermisimus/concordantias/et disiunctiones inuenire. ponendo semper virtutes inferiores/mediũ inter superiores: quemadmodum supra fecim⁹. Et ista determinatio virtutum/magnam clerico allatura est vtilitatem: ad predicandum/ꝛ confitendum seipsum/atq̄ ad aliorum confessiones audiendas.

Sexta pars de septem peccatis mortalibus.

v Icia principalia sunt septem: scilicet auaricia/gula/luxuria/superbia/accedia/inuidia/et ira. Hec autẽ volumus adinuicem duo/et duo commiscere mediantibus vicijs inferioribus: vt superiora per inferiora/et econuerso inferiora per superiora/magis cognoscantur. hac enim arte eorum adinuicẽ concordantias/ꝛ discordantias/quoq̄ modo ipsa causantur/augmentantur/diminuuntur/et per sua contraria corrumpuntur: poterit facile vnusquisq̄ cognoscere. Et non modo horum/sed et omniũ aliorum (modo ad predicta reduci artificialiter possint) eadem hec de ipsis. Sed priusq̄ vltra sit progressum: volumus viciorum principalium/q̄ꝫ poterimus breuissimas dare diffinitiones. quia vnius diffinitio/in parte est/et alterius. et per diffinitionem vnius/cognoscitur diffinitio alterius. Diffinitiones sunt Auaricia/est peccatum/per quod malus bonum impeditur/scilicet thesaurus pauperum: et que omnia bona terrena facit esse ociosa/ea suo fine frustrans. Gula est peccatum: quod maxime impedit/et destruit/hominũ sanitatem. estq̄ ad diuitias profundendas instrumẽtum. Luxuria est peccatum: cuius proprietas est luxuriare. et per quod/homines ex pulchrorum visibilium delectatione: inclinantur ad tactus fedissimos/et brutales. Superbia est vicium/per quod indigne volunt homines sublimari/ꝛ ascendere: sed descẽdunt.

Accedia est peccatum: pigritiãm causans/et iniquitatẽ. Inuidia est viciũ: cui proprium est inuidere. Ira est habitus: discretionem/ꝛ liberum arbitriũ in electione impediens.

De auaricia primo peccato. Cap. XLV

Imp.


a Auaricia iuncta cū gula/et ecōuerso gula cū ipsa/īpatientiā causant: p quā
discordāt. Sed in malicia cōueniūt. discordāt aūt: q2 gulosus vult inulnis
A G cibis/et n'fi lāutis saciari. z auarus: de expēsis (que p cōparādis ys fierēt) dolet. sic
1 2 ergo cū in eodē sūt subiecto ꝯstare ipm̄ sibi nō p̄mittūt: vex est sibimet ipsi pugnās.
Nā vult gule obtēperare/auaricia ꝓhibetur: cumulet diuitias/gula. z sic homo/se-
pe de vna īpatiēna/mutatur in alteram: atq3 continuo dolore/et tristicia/affligitur.
Sed si destruatur impatientia/et simul conuertantur patientia/largitas/et tempe-
rantia: sine afflictione quiescet subiectum/nec amplius in diuersa trahetur. Et hic
modus est/quo possibilis haberi/animi quies appetibilis: destruendo inq3 impa-
tientiam/et acquirendo patientiam/cū largitate/et temperātia. Auaricia/et lu-
Ino
xuria: causant inobedientiam. quia auaricia non vult expensas/quas requirit lu-
xuria: et auarus vult bona multiplicare/at profundere luxuriosus. quare si sint in
eodem subiecto: ipsum in mente sibi ipsi est inobediens. Et hec inobediēna/primi-
A L tiua est: quia est in mente. sed ad eam/consequitur exterior inobedientia: vt quādo
1 3 homo inobedit domino/aut amicis suis. que si destruatur: destruetur pariter et pri-
mitiua/ad quam ipsa sequebatur/et que ipsius erat causa. quia causā (vt que sine
effectu ociosa maneat) necesse est simul cum ipso effectu perire. Auaricia/et su-
Con
perbia: causant contemptionem. nam auarus bona ociosa retinens contemnit eo-
rum finem. Et superbus/quia super alios exaltari vult: eos contemnit. Hos autē:
contemnūt ex opposito largi/et humiles: sicq3 duplicatur contēptio. Item: aua-
A S rus superbus videns se a largis/et humilibus contemni eos contemnit. quare tri-
1 4 plicatur contemptio. Tantoq3 ideo maiori dolore/et tristicia/afficitur: auarus su-
perbus. Q̄ si ipse non contemnat humiles/et liberales/verum eos per similes vir-
tutes diligat: superbiam/statim et auariciam vincet/et quietem habebit. Cū enim
virtus ad esse inclinet/et vicium/ad non esse: facile ergo per virtutē/vincere viciū.
Ini
Auaricia/cum acedia/et econuerso: causant iniquitatem. quoniam auarus/ini-
quus contra illos est: qui ipsum a congregandis diuitijs disturbant/de luxuria eū
A Ac reprehendentes. et piger: contra diligentes/et sollicitos. quia tales ei sunt contra-
1 5 rij/et ipsum de negligentia increpant: ob idq3/in eos proponit vindictā. Itaq3 du-
plex in eodem subiecto est iniquitas quam idcirco beniuolentia/si in eodem/sed cū
largitate tantum aduenerit/non omnino vincet: sed adueniat cum largitate/et di-
ligentia oportet. quia vicium nisi cum opposita sibi virtute deuincitur. Auari-
De
cia/et inuidia: generant deceptionem. Nāq3 decipit (vt possit diuitias congrega-
re) auarus: et inuidus/propter rem inuidiosam. Q̄ si adueniat in subiecto legali-
A In tas/orta a caritate/nulla fit deceptio: et vincuntur auaricia/et inuidia. nam caritas
1 6 vsq3 adeo exaltata per fortitudinem est: vt nullum ante ipsam stare possit vicium.
quod non habent alie virtutes. Earum enim nulla: potest plura vicia per se/vin-
Men
cere. Auaricia/et ira: causant mendacium. quia (vt iam quoq3 sepe dictum est)
auarus: vt diuitias multiplicet/est mendax vt emendo/vendendo/laudando/par-
uipendendo/iurando/et periurando. Et quia ira/ligat liberum arbitrium volun-
A Ir tatis/et deliberationem: intellectus iratus disponitur ad mēdacium. Sed si veniat
1 7 veritas/cum largitate/et patientia: ipsa deuincit mendacium/et consequēter aua-
riciam/et iram. et recipit voluntas/liberum arbitrium: et intellectus deliberatio-
nem.

Cle.



De gula secundo peccato. Cap. XLVI

Ula/et luxuria/prodigalitatem causant: eo q ad earum actus/sequantur
g magne expense. Et gula/disponit luxurie materiam/ad multiplicandum suum actum: et sic homo sua bona profundit. Sed adueniente in subiectū abstinentia/cū castitate/et temperantia: expellitur prodigalitas ab eodem. quare τ gula/et luxuria. Gula/cum superbia/et econuerso: causant stulticiam. quoniam propter nimiam abundantiam cibi/et potua/quam parit gula: fit in corpore indigestio. ob quam remanent grossi humores indigesti: per quos impeditur intellectus/ad habendam discretionem. Et superbia: ad vanam gloriam/disposuit. sic ergo gulosus/superbus se facit stultum: quia non custodit sanitatem cum temperana. et per superbiam/et indiscretionem: loquitur fatuitates. Sed si superueniat discretio/cum temperantia/et humilitate: fugat stulticiam. et per cōsequens gulam/et superbiam. Gula/τ acedia: causant murmurationem. quoniam gula reddit hominem lentum/et tardum: acedia vero pigrum. et cum quicq̄ precipitur homini guloso/et pigro/aut si reprehenditur: indignatur cum fastidio/et murmurat. Sed si cum temperantia/et sollicitudine/adueniat benignitas: pereunt murmuratio/fastidium/et indignatio. quare/et acedia. Gula/et inuidia: causant latrociniū. quia per gulā/homo (ne sibi quo minus assidue eam foueat desit) mouetur ad furādū. et per inuidiam itidem/quia per eam de bonis alterius tristatur: et ideo ea furatur. Sed si venerit continentia/cum temperantia/et legalitate: corrumpitur latrocinium/et consequenter gula/et inuidia/latrociny cause. Gula/et ira: generant blasphemiam. eo q gulosus dicit blasphemias/illis qui nimiam eius repletionem impediunt/et eum de gula arguunt: et quia est in ipso ira/incurialiter/τ cum minis/dicit blasphemias. Sed si superuenerint curialitas/temperantia/τ abstinentia: nulla fit blasphemia/et pereunt gula/et ira.





De luxuria tertio peccato. Cap. XLVII









Luxuria/et superbia: causant iactantiam. quia magna delectatio/ quã habet luxuriosus agens cũ muliere/ disponit ipsum ad superbiam: in eo q̃ cõsiderat se nobiliorem esse muliere. et superbia/ ad hoc consentit. ⁊ sic oritur iactantia. Sed si venerit in subiectum/ discretio cum castitate tãtum: luxuria aliquo modo a superbia diminuitur. sed si inducatur humilitas: tunc superbia omnino destruitur/ et castitas/ in parte augetur. Et ex hoc processu/ cognoscit intellectus: quo pacto virtutes/ et vicia crescant/ et diminuãtur. Luxuria/ cum acedia: et econuerso/ causant zelotipiam. quia pigro luxurioso/ sufficit vna mulier/ cuius est amore irretitus: q̃ non possit (propter pigriciam) ad plures acquirendas sollicitari. Sed si sit lenta/ delectatio coitus: adueniet intensa delectio virtutum/ per quam corrumpitur zelotipia. quare et luxuria/ et acedia. et acquiruntur in subiecto: castitas/ et delectatio virtutum. Luxuria/ et inuidia: causant suspectionem. quoniã luxuriosus redditur suspectus de amica sua/ ne casu in eius absentia/ clam aliquis ad eam ingrediatur/ aut surripiat: eo modo/ quo forte ipse ad alterius amicam/ ingressus est/ aut cã surripuit. Et quia est inuidus/ potest ideo alteri bona (de quibus per inuidiã (q̃ talis ea haberet) tristabatur) surripuisse: hac de causa et ipse est suspectus: ne eadem pariter/ ab altero sibi inuidenti/ surripiãtur. et sic amittat. Sed si adueniat bona/ ⁊ recta intentio/ cum castitate/ et legalitate: corrũpitur suspectio/ et per consequens/ luxuria/ et inuidia. Luxuria/ et ira: generant inimiciciam. quoniã luxuriosus/ quia cupit mulierem sibi non propriam: inimiciciã contrahit cum illis/ qui ne ipse illam habeat impediunt. et quia habet irã: inimicatur eis per mala verba/ et nocet. Sed si veniat beniuolentia, cũ castite/ et abstinẽtia: corrumpitur inimicicia/ et per consequens luxuria/ et ira.



De superbia quarto peccato. Cap. XLVIII.




ſ Superbia/cum acedia: et econuerso primo se per sensum disponūt/postea per imaginationē. nōdum tamen sunt in effectu: nisi quousq; subeunt/et intrant animā. quod tunc est/quando per conscientiā superbit intelectus/multa scire credens: et per acediā/scire alios dolet. et voluntas/pigra ad odiendā superbiam/delectatur in prosperitatibus: et sic oritur impietas. Sed si disposita pietas/per sensum/et imaginationē: intret animam cum humilitate/et sollicitudine/corrumpitur impietas/et superbia/et acedia amittunt esse. Quando superbia/et inuidia cōueniunt in subiecto: dispositio earum primo in sensu/et in imaginatione fuit/et intrauerunt animā per pusillanimitatem. quia volūtas tunc non multum dilexit humilitatē/et caritatē: cū fuerunt superbia/ et inuidia in dispositione. quoniā si voluntas multum dilexisset humilitatem/et caritatem: superbia/et inuidia non fuissent per sensum/et imaginationem in dispositione/neq; animam intrauissent.


Superbia/et ira in eodē subiecto: peccata valde periculosa sunt. quoniā ledunt rationē: per quam solum homo/vt homo viuit/et homo est. Superbus enim irat⁹: nō vtitur ratione/nec ea duce agit. verum perturbatione/qđ et reputat agere secundū rationē. Idcirco contra hoc/paratur remediū: deprimēdo voluntatē/in tantum q; humilitatē diligat/et patientiā. et sic remanebit ratio sana/et illesa.



De acedia: quinto peccato. Cap. XLVIIII.



a Acedia/et inuidia/causant odium: quod cōsistit per nolle. Ratio hui⁹ est/quia acediosus: ratione sue pigricie/ omnem odit bonam operationem. et quia est inuidus/odit rem possidentes inuidiosam. et sic duplex est odiū. Sed his obsistendum est/mutādo nolle/in velle: per quod cōsistit caritas. sic enim sollicitudinis/et caritatis odium: mutabitur in earum dilectionē. et dilectio acedie/et inuidie: in earum odium. Acedia/cum ira: desperationem causat. et ideo cum ea mai⁹ est peccatū/q; cū alio quocūq;. sed idcirco desperationē causat/quia acedia de se/odio habet omne bonū facit. et ira: disponit hominē ad malū. quare acediosus homo iratus: non habet dispositionem/ad recolendū misericordiam dei. Imo potius ratione melancolie/recolit peccata sua: et sic cadit in desperationem. Sed huic malo obsistitur/vitando cibos melancoliā faciētes/ orationes diligendo atq; sollicitudinē/patientiam/et abstinētiam.



De inuidia/et ira vltimis peccatis. Cap. L

Actio nie
i
In Ir
6 7

Inuidia disponit ad iram. et ira/cum inuidia: ducitur de potentia ad actū/ priuata conscientia. quādoqꝫ enim homo/ inuidet bonis alterius: necde ipsis facit conscientiam. et quia statim ea non habet/ sed est in indigentia: irascitur. et sic habet iram. Sed ijs obsistendum est faciēdo cōscientiā de inuidia/et ira bonoꝝ alterius/per oppositas virtutes: caritatē/et patiētiam.

Hec ait remundus.

¶ Si in hoc libro/aut in alijs omnibus/ qui a me prodierunt in publicum: quicqꝫ forte nimia mentis abundantia/aut inaduertētia/contigerit me dixisse/quod a veritate sanctissime fidei catholice declinet: dictum fateor ignoranter/ nō addictus in mea verba iurare. Quinimo hūc libellum/ꝛ reliquos omnes/ quos ꝑmultos feci: humillime a sancta matre mea ecclesia/submitto emēdandos. At vero quia presentem librum clericis/et studentibus factum esse diximus: parisij autem nobilissima/ et verissima est studentium/et clericorum vniuersitas/ vt que omniū sit scientiarum domicilium/et quam nulle (tam alte sint) disciplme fugiant: Idcirco eum venerāde huic vniuersitati dicamus/ꝛ mittimus. Et principaliter domino cancellario/rectori/decano/et alijs primoribus dicte vniuersitatis: qui publicam eius curam gerunt. vt saltem memores sint: tria me/a summo pontifice/ꝛ reuerēdis cardinalibꝰ/ esse petiturum. Primū est/ꝙ fiant quattuor/aut quinqꝫ monastheria: in quibꝰ semper varia infidelium ydiomata doceantur. et in ipsis sint sancti/ et litterati viri pro christo mori desiderantes: qui (sicut preceptum est) vadant per vniuersum mundū/ ad sanctissimā euuangelij veritatem/ omni creature annunciandam. Secundū est/ꝙ de omnibꝰ militibus religiosis/scilicet ordinis sancti tēpli/ hospitalis sancti iohannis/ velensiū calatraue/hospitalis almannorum/et sepulchri/fieret vnus ordo/ qui alio nomine nuncupetur: cuius religiosi milites/in extremis christianorum oris/ sarracenos assidue debellarent. Tertium est/ꝙ detur ecclesie decima: quousqꝫ terra sancta/christianis integre restituta sit. Hijs enim tribus: poterunt facile infideles/ad sanctam fidem catholicā reduci. Et hec tria a domino summo pontifice/et reuerendis suis cardinalibus/lugduni petij. verū quia huic tam alte rei/sum obtinende impar: idcirco supplex/imploro venerande vniuersitatis parisiēsis/auxilium: vt mecum velit ad predicta intendere. bonū nāqꝫ/dignū/et iustum est: tale negocium ad finem effectumqꝫ perduci.

Ad laudem/et honorem dei: hunc librum/in ciuitate pisana/ in monasterio sancti domini/finiuimus. Anno ab incarnatione dñi nostri ihesu christi: millesimo/ trecētesimo octauo.

Pij eremite remundi
libelli clerico-
rum fi-
nis.

Deus cum tua benedictione librum disputationis petri Remundi incipimus. Cap. I.

a Accidit duos homines ad generale concilium euntes/ sibi inuicem obuiasse: quorum vnus erat clericus/et alter erat laicus. clericus vero nomen suum a laico petijt: respondit laicus/Remundus lullius. Ait clericus. Remunde diu de te audiui/ q magnus sis phantasticus. age dic michi quid in hoc generale concilium aduenis impetraturus. Ait Remundus: tria intendo. primum vt dominus papa/et reuerendi cardinales: studia in quibus varia discantur idiomata statuere velint. vt postmodum auditores per omnia mundi climata proficiscentes: sancta dei euangelia (vt iubet preceptum est) predicent. vtque talis ordinatio eousque dum omnes infideles/ad christianorum ritum peruenerint: perduret: Secundum vt dominus papa/ et reuerendi cardinales: vnum constituant generalem ordinem/omnes religiosos continentem milites. qui omnes vltra mare maneāt (quousque terra sancta christianis fuerit restituta) illic impugnantes infideles. Tertium vt papa/suique cardinales: velint ordinare Auerrois errores parhisijs seminatos penit⁹ extirpari. cum per eos plurima mala: nostra sanctissima patiatur fides. Mox vero clericus vt hec verba audiuit: risum profudit vehementer. credebam inquit remunde te phantasticum esse: modo vero per hec tua verba cognosco/te non modo phātasticū sed esse phātasticissimū.
Ait Remundus fortasse: verum meas non percipio phantasias. nam ea que dixi: et possibilia sunt/et fieri debita sunt/et non minus fructuosa. sed forsitā tu ipse phātasticus es/qui phantastice risum profundis: neque ad mea verba mentem inclinas. deberes tamen cum clericus sis: potius q ego qui sum laicus mentem/deuotionēque ad eiusmodi rem inclinare. Hic clericus Remundo multa conuicia dixit: minasque intulit. Remundus de conuicijs minisque clerici/ perparum curauit: et dixit clerico. Clerice credis me phantasticum: ego vero te. vis ergo inter nos questio versetur: quisnam fuerit phantasticus: et vterque pro se/ seque tuendo suas adducat rationes: idque in generali concilio terminetur. Ait clericus consentio. Tunc Remundus. Sed anteque rationes faciamus/primū nos scire oportet quid phantasia vocetur: et terminos/principiaque constituere/ad que nostras rationes formando recurram⁹. veruntamen priusque terminos eligamus: bonum michi videtur alterum alteri/ cur ipsum phantasticum putet/ suum cōceptum/causamque mouentem explicare. Hec verba percipiens clericus: michi (ait) vel maxime placet. Rogo te ergo incipias: inquit Remundus. Tum clericus orsus: meus pater (inquit) homo pauper fuit/et rusticus: ego vero in studijs panem mendicans: postque scientias didici, pingui prebenda sum donatus/ in artibus/in vtroque iure sum insignitus/factus presbyter archidiaconus: beneficijs beneficia plurima cumulaui/ fratres meos rusticos ditaui. parum id est: ipsos milites effeci/sorores meas militum filijs connubio sociaui/ progeniem meam ex infimo in altum sublimaui. hi tres adolescentuli studentes (quos pone tergum videre potes equites) mei sunt nepotes. cuilibet eorū iam pingui prebenda donato: plura adhuc in hoc concilio beneficia impetrare propono. deme vero quid dicam? me grandis prelatio in curiam accelerantem vocat: quam et intēdo impetrare/et magno cum honore viuere. magnam equorum comitiuam habeo scu-

tiferos famulos/cocos/summarios (vt tu vides) q̄plurimos. in argento comedo/ magnas opes habeo/magnificas expēsas facio. quare si vis: plane cognoscere potes me non esse phantasticum/sed potius prudētē/ atq̧ discretum. Ait Remūd⁹ et audiui/ ꝛ intellexi que te causa mouet/ quominus dicaris phantasticus: sed anteq̄ respōdeam prius de me volo pariformiter pauca verba dicere. homo fui in matrimonio copulatus/prolem habui/ competenter diues/lasciuus/et mundanus. omnia vt deo honorē et bonū publicum possem procurare/ et sanctam fidem exaltare: libenter dimisi. arabicum didici/ pluries ad predicandum sarracenis exiui/ propter fidem captus fui/incarceratus/verberatus. quadraginta quinq̧ annis: vt ecclesiā ad bonū publicum/et christianos principes mouere possem/laboraui. nunc senex sum/nūc pauper sum/ in eodem proposito sum/in eodem vsq̧ ad mortem mansur⁹: si dominus ipse dabit. quid ergo: an hoc tibi phantasia videtur/ an nō videtur? cōsciētia tua iudex existat. verum intentionem tuam phantasticam michi percipere videor. nam et deus iudex erit: quem neq̧ potes cogere/neq̧ decipere. Tunc clericus et Remundus quinq̧ ordinauerunt terminos phantasiam scilicet/ quattuor causas/honorem/delectationem/et ordinationē: in quibus possent suam disputationem stabilire. Et primo de phantasia. Cap. II.

Phantasia. Phantasia est genus: sub se duas habens species/naturalem scilicet et moralem. Moralis autem in duas partes est diuisa: in phantasiam rectā/et discretam/et in phātasiam obliquam et indiscretam. Phantasia naturalis: est constituta ex speciebus/quas intellectus abstrahit a sensu/ et imaginatione/ cum quibus ipse facit sciētiam. Phantasia recta et discreta: est qua homo se iustum facit/prudentem/et ita de reliquis virtutibus. Phantasia obliqua et indiscreta: est qua intellectus habituat suū intelligere de habitibus viciosis/non veris/sed fictis.

Ait clericus remundo. diu laborasti vt dicis: et nichil/aut parum ad effectū deduxisti. ex quo satis apparet: q̄ phantasticus sis. quoniam quod optabas: ad effectum perducere nesciueris. et etiā quia laborare non desinis: nec tamē finem vnq̄ assequeris. si autem discretus esses: viam in qua es/et mutares/et te ad aliud impetrandum conuerteres. ego autem discretus sum/atq̧ fui: qui in pauco tēpore nobilitates tibi superius expressas/acquisiui. Ait remundus. secundum dispositionē materie: agit forma. ꝛ quia mundanus es: ad impetranda bona mundana multos coadiutores mundanos reperisti. ego autem solus relinquor. nam quasi nullus/ bonum publicum curat. et ideo percipio/q̄ tu phantasticus sis: quia phātasticam cōparationem feceris. et q̄ tu pariter incōstans sis: quia tale consiliū michi dederis.

Ait clericus: in deo non sunt nisi duo act⁹/intelligere scilicet et amare. et q̄ in deo multo plures actus sint ponis: scilicet bonificare/magnificare/eternare/possificare. quoniam deus non seipsum bonificat: cum sit bonus. neq̧ magnificat: cum sit magnus. sed seipsum intelligit: cū sit intelligibilis. ꝛ se diligit: cum sit amabilis. et quia consideras in deo plures actus q̄ duos: merito es phantasticus. Ait remund⁹ clerice tu de deo phantasiaris quo ad intellectum habētem in se correlatiua: vt puta intelligentem/ intelligibilem/et intelligere: ꝛ sic de voluntate quo ad amantem/ amatum/et amare. et tales relationes/ex te formaliter extrahis. sed quia non phātasiaris ab intra/ex tua bonitate bonificantem/bonificatum/et bonificare/ et ita de alijs ignoras actus bonitatis magnitudinis/et potestatis. ꝛ ideo phantasticus es. et nonne cōgnoscis: q̄ deus pater producit de sua bonitate bonū filium/ bonificando. et pater ꝛ filius simul de seipsis spirant bonū spiritum/spirando. imo dico tibi q̄

phantasiando: homo debet attribuere cuilibet diuine rationi actum secundarium/ vt omnes sint equales per existere/et agere intrinsece. aliter diuinus intellectus/et diuina voluntas essent superius: et alie diuine rationes inferius. quod est impossibile. Iterum dico tibi: quoniam per idipsum/quod queqꝫ diuina ratio habet suum proprium actum/est ratio realis. sine quo ipsa esset figmentum. adhuc adijcio (quia per hoc ꝙ habent secundos actus/et equaliter) posse probari diuinam trinitatem. et hoc in plerisqꝫ libris/quos iam feci: apertius probaui. Ait clericus. Remunde/te artem generalem ad omnes questiones soluendas/ ipsam ad omnes scientias applicando/fecisse intellexi: et quia hoc dicis phantasticus es. cum omnis sciētia: sua propria habeat principia. Ait Remundus. ars generalis principia habet generalissima: sub quibus alie scientie principia habent subalterna. et ideo quid mirū: si cum tali arte possint aliarum scientiarum solui questiones/cum non de particularibus/sed de vniuersalibus sint sciētie omnes: et quia talem subordinationem ignoras: phantasticus es. Dicit clericus: Remunde/intellexi te cum magistris artiū parhisiēsibus disputasse: et cum tua philosophia (si philosophia dici potest) eos cōcludere intendisse. ex quo euidenter apparet/ꝙ non modo phātasticus sis/ imo vero sis insanus. cum ipsi tanta turba sint: tu autem sis solus. Ait Remundus. clerice verum est me cum ipsis parhisijs disputasse: sed disputatio quādoqꝫ procedit secundum opiniones/quandoqꝫ secundum certitudinem/siue quo ad rem. Parhisiēse autem studium/quasi in opinionibus versum est. ego vero non disputo/nisi secūdum modum intelligendi/ et quo ad rem: cum intelligibile sit obiectum philosophie. et quia me increpas/et nescis disputare/ neqꝫ modum disputandi intelligis: phantasticus es. Ait clericus. intellexi te dicere/fidem esse probabilem: et ideo phantasticus es. quoniam de deo nichil est demonstrabile: cum nō habeat supra se causam/et etiam quia non sit quid diffinibile. Iterum si fides esset demonstrabilis: amitteretur meritum/sicut dictum est. quoniam fides non habet meritum: vbi humana ratio prebuit experimentum. Ait Remundus. Concedo ꝙ deus non est demonstrabilis per causas: sed est demonstrabilis per equipollentiam suarum dignitatum. et quando dicis si esset demonstrabilis/amitteretur meritū: istam refuto quo ad experientiam superiorem extra sensum/et imaginationem factam. experiētie autem inferiores: nō sunt de genere fidei/cum sint de genere/sensus/et imaginationis obiectiue. et quia iudicas quod ignoras: ideo phantasticus es. Ait clericus. Remunde intellectus humanus duos actus habet: credere scilicet/et intelligere. et sic necessario sequitur/ ꝙ si intelligit non credit: et ecōuerso. et quia tu dicis intellectum sub habitu fidei posse intelligere: falsum dicis/et phātasiaris. quod nō est possibile. Ait remundus. in pluribus locis monstraui intellectum sub habitu fidei posse intelligere/suo quidem intelligere existente inferiore/et suo credere superiore: sicut oleum supernatans aque. et nunquid scis esaiam dixisse: nisi credideritis non intelligetis: Auerroista item dicit secundum modum intelligēdi/fidem catholicam esse impossibilem: verūtamē esse credibilē. et tu eodē modo ponis: et ideo sicut ipse/et tu phantasticus es.

De quattuor causis. Cap. III.

Quattuor sunt cause: scilicet efficiens/forma/materia/et finis. et dicitur efficiens/quia mouet formam/et cum forma materiam: aliquid propter finē faciendo. Forma autem de se actiua est: et materia de se passiua. sed inquātum efficiens mouet formam: ipsa materia mouetur per alterum. Finis autē: causa Quatuor cause

q

maria martin de [illegible]

causarum est. quia ipsa est vltima quies. Ait clericus. homo est efficiens faciendo phantasias/et cum forma abstrahendo species a materia/in quibus in fine quiescit obiectiue: per talem modum/ego artista et legista et discendo et docēdo factꝰ sum. et sic non sum phantasticus. tu autem Remunde phantasticus es: quia fingis te scientiam altissimā/et profundam habere non ab alio tibi traditam. Ait Remundus. bene tibi concedo modum: per quem efficiens facit sciētiam/phantasiādo et intelligendo recto modo. sed tu nō de illis es: quia finem mutas propter quē es. quis finis in te difformis est: cum ad concilium propter te/ꝛ propter tuam exaltationem maxime proficisceris. ego autem ediuerso non appeto nisi in fine (propter quem sum) quiescere. et ideo dato ꝙ tu ipse papa esses: malus papa/ꝛ peruersus ꝑfecto esses. et dignus quem deus de hoc mundo disperderet: et quicquid in mūdo propter te/et tuam progeniem exaltandam perageres. omnia autem hec tibi dico: quia phantasticus es/atqꝫ peruersus. cum omnes in te causas secundum intentionem quā habes: difformes. quomodo vero scientiā habuero: tibi nūc dicere nolo.

Remunde ait clericus. qui se diuitem facit/nō est phantasticus. ego autem pauper eram: et me ipsum ditaui. sed tu contra qui diues eras/et te in paupertatem precipitasti: phantasticus es. Ait remundus. diuitie male non sunt: modo bene sint acquisite/et cum bona intentione possesse. quia materia ad bonum finem sunt/atqꝫ instrumentum. diuitie enim dei sunt. si vero ipsas contra deum acquiras: in te male sunt materia/atqꝫ sub forma peruersa. si autem pauper sum: mea paupertas (modo propter bonum finem sit) est michi materia/vt me virtutibus formem/cum quibus deo meo seruiam/et bonum intendam publicum. qui autem talia facit: non est phantasticus. Ait clericus. nullum efficiens agere potest: extra illud quod est/aut in potentia/aut in actu. extra enim istos duos terminos tu phātasice consideras: ꝙ efficiens posset mouere formam ꝓpter finem/remota materia. quod est impossibile. Ait remundus. posito vno inconuenienti: protinus aliud subsequitur. et ideo quia tu omnes causas peruertis et difformas in tua intentione peruersa/difformi et prophana: facis positionem de nichilo nichil posse fieri. et sic negas creationem: et dicis te esse christianum. sed vtinam nullus clericus tecum consimiliter in mundo sentiret. Dicit clericus. Remunde tu dicis posse esse vnam formā generalem/sicut est vna prima materia: et ideo indirecte et oblique phātasiaris. cū sit impossibile talem formam esse. Ait remundus. ponere possibile/et ignorare causas possibilitatis: est positio phantastica/et indirecta. sed cōtrariam positionem facere/vera et recta est phantasia. et nunquid scis deum formam generalem sicut primam materiam creare posse? maxime cum forma sit sua similitudo: materia autem sua dissimilitudo. etiam posito ꝙ non sit forma generalis: nulla forma particularis excederet in virtute materiā particularem. cum ipsa materia/sit sub suo genere: patiendo. forma autem particularis (circūscripta vniuersali) forma non sit sub suo agendo. et ideo phantasticus es: parum de theologia et philosophia cognoscens.

Ait cleritus. albedo est forma abstracta: et quando est cōtracto causat album de ipsa afformatum. phantasia est forma abstracta: et in te/et per te est contracta. et de ipsa indirecte es habituatus. quodquidem bene apparet: quia me vocas phantasticum cum sacerdos sim/habens in sacramento altaris officium altissimū. quoniā christus de materia panis/ꝛ materia vini per sacerdotem in altari corporaliter existit: ipsum celum non deserens. Clerice ait remundus. Quo ad philosophiam de albedine bene dicis: sed quia sine causa me reprehendis male dicis. quoniā ille

[illegible] martin gonçalez de la

qui ſuo officio male vtitur peruerſam habens intentionem/et in peccato exiſtens: quanto in altiori gradu officij exiſtit/tanto magis eſt reprehenſibilis. nam magis contra finem agit. et ideo tuo exemplo apparet vulgare dictum eſſe verum: malis clericis homines nullos eſſe in mundo deteriores. quoniam ſicut in ipſis virtutes magis irradiant: ita vicia in eiſdem magis apparent. et cauſa cur vulgo dicantur alijs hominibus peiores ideo eſt: quia ſciunt et poſſunt amplius ꝙ vulgares. nam ſi vellent: poſſent omnes infideles cum ſuperno auxilio ad ſanctam catholicam reuocare fidem/ et peccatores reducere ad virtutes/ ſeipſos illis bonum prebendo exemplum. vnde dicunt vulgares: ſi vera eſſent que nobis dicunt/ illa facerent. dicunt autem: ſed illa non faciunt. Ait clericus. Remunde/quanto forma maior eſt: tãto magis in materia agere poteſt. deus autem eſt infinita forma ab omni materia ſeparata/ intantum potens in materia creata/ vt ipſam faciat ad miraculũ faciendum ſubiectum. quod ideo tibi dico/ quia in magno honore ſum/ et magnum habeo poſſe: vt dignus ſim magnum habere ſubiectum ad id quod volo/ ⁊ opto faciendũ. phantaſticus ergo non ſum: ſed diſcretus. At Remundus. quãto magis audio te loquentem: tanto magis te cognoſco phantaſticum. et ſi contingat te eſſe cardinalem: nunꝙ in conſiſtorio ſanum dabis cõſilium/ ſed falſum/ ſed peruerſum. quia tua difformis/ et peruerſa intẽtio: facit te a tuo fine (ꝓpter quem es) deniũ/ et plagis: quas deus immiſit Pharaoni digniſſimũ.

De honore. Cap. IIII

b Onor eſt forma/ cuius actus eſt honorare. honor autem eſt duplex: ſcilicet honor dei/ et honor hominis. Honor autem hominis ſuſtentatus eſt in honore dei. et hoc analogice. Ait clericus. Remunde/ habeo te pro phantaſtico: et tu me econuerſo. faciamꝰ igitur aliqua de honore notabilia: ex quibus extrahamus ſyllogiſmos. et ille qui maiorem cum ipſis habebit cõuenientiã: ſit diſcretus. et iudicium inter me/ et te/ fiat ſyllogiſando. Placuerunt autem iſta remundo: quia talis doctrina eſt ſatis leuis/ et compendioſa/ et ars ad cognoſcendum hominem diſcretum/ et hominem phantaſticum.

Notabilia igitur ſunt iſta.

Honora deum ſuper omnia.
Honora dignitates dei: ſuper omnes alias dignitates.
Honora equaliter dignitates dei.
Fatuus eſt qui honorat deum: vt ſeipſum poſſit honorare.
Quanto melior eſt honor exhiberi poſſibilis: tanto magis eſt/ et amabilis.
Inter honorem et vituperium: nullum cadit medium.
Honor competit domino cum magnitudine: et ſeruo cum paruitate.
Qui honorat honorabile: honorem acquirit.
Honora animam tuam cum virtutibus/ et diſciplina.
Honora corpus tuum cum aliqua arte pulchra/ et exercitatione bona.
Fac honorem bonitati/ cum magnitudine.
Honora tuum intellectum/ cum ratione.
Honora tuum velle/ cum moderatione.
Induas patientiam et humilitatem: et habebis honorem.
Honora tuam conſcientiam/ cum diſcretione.

Honora tuam linguam/cum veritate.
Honora tuum dominiũ/cũ patientia/et humilitate.
Honora tuam fiduciam/cum spe.
Honora amicum tuum/cum amicitia/et timore.
Quando de male commissis conscientiam subibis: honora cor tuũ cum suspirijs.
Cum te deliquisse cogitabis: honora oculos tuos/cum lachrimis
Honora maiorem te: et habebis in futurum maiorẽ honorem.
Quando aliquis te vituperabit cum vicijs: honora temetipsum/cum virtutibus.
Uende quicquid habes/et emas bonũ/et magnum honorem.
Si honores fatuum/fatuus es.
Honora mensam tuam/cum temperantia.
Honora tuam bursam/cum mensura.
Honora tuum cubile/cum castitate.
Honora tuas vestes/cum forma.
Honora tuas aures/cum verborum honestate.
Honora tuam imaginationẽ/cum vtilitate.
Cum vno secreto/aliud secretum honora.
Honora bonum angelum/cum bonitate/et obedientia.
Honora patrem et matrem/qui tua sunt principia.
Honora pretorium/iusticia.
Honora indigentem/cum largitate.
Honora bonam occasionem/cum diligentia.
Honora tempus in quo es/cum prouidentia.
Honora vnam virtutem/cum alia.
Honora ignorantem/cum excusatione.
Honora scientiam/cum humilitate.
Honora materiam/cum forma.
Honora honorem/cum honore.

De delectatione. Cap. V

d Electatio est habitus: cum quo homo quiescit. Delectatio autẽ consistit in decẽ subiectis naturaliter/scilicet in sex sensibus particularibus: qui sunt visus/auditus/odoratus/gustus/tactus/et affatus. septimũ in quo consistit est imaginatio/octauũ intellectus/nonum voluntas/decimũ memoria. sunt autem alie delectationes per accidens obiectiue: sed de his pricipaliter intendimus.

Ait clericus. Remunde/naturaliter quando video pulchrũ obiectum: ratione pulchritudinis obiecti/moueor ad delectandũ. vt quando video pulchrã mulierẽ/pulchrũ lectũ/pulchrã domũ/pulchrũ ensem auro/argẽtoq ornatũ/pulchrũ equũ pulchras vestes/pulchram familiam/et huiusmodi. et ideo naturaliter in predictis obiectis delector: quia mea potentia visiua/et ipsa obiecta me mouent ad delectãdum.

Ait Remũdus. Delectatio quam predicas: naturaliter bona est. quia omnis actus naturalis: bonus est/cum prodeat ordinatione diuina. verũtamẽ si tu ꝓpter te/et vt acquiras delectationẽ videndo/non autem teipsum perficias/deũ laudando: phantasiaris. et cum ipsis visibilibus seruias: phantasticus es. et quia preceptum est diligere suum proximũ/et ego tuus proximus sum: ideo super te contristor/ꝙ visibilibus (vt debes) nõ vtaris Remunde inquit clericus. audio pulchra

verba/et delector ipsa audiendo: presertim cum audio meas laudes q scientificus sim clericus/diues/pulcher/largus/et huiusmodi talia. Petre ait Remundus de tua delectatione doleo: quia cognosco q sis ambiciosus. q si in tali statu moriaris: in inferno sine fine perferes cruciatus. et ideo per tuam inordinatam delectationē: per accidens labor in tristiciam. veruntamen moueor ad delectationē: quia considero me in hoc acquirere meritum. talis autem delectatio quam habeo bona est: tua vero phantastica/obliqua/et peruersa. Ait petrus. delector in odoriferis: sicut in floribus/balsamo/pigmentis/rosis/et similibus. et bene quidem facio: quoniam sic odoratui cũ suo obiecto odorifero satisfacere debeo/sicut satisfacio visui/cum obiecto pulchro. Ait Remũdus naturaliter benefacis: sed de tali delectatione debes trãsire ad altã delectationē supremã/et spiritualem. videlicet ad laudandum deũ: qui tantam virtutem posuit in odoriferis. et si ad talem delectationē non transibis: phantasticus es. quia per hoc meritum bonum quod posses acquirere: non acquiris. Ait Clericus. Remunde delector in gustando gustabilia/delectabilia: videlicet capones/perdices/cuniculos/lepores/bonum vinum: et huiusmodi talia. et bene quidem facio: quia bonis (que michi deus dedit) vtor. Ait Remundus. posito q sis bonus/iustus/prudens/et huiusmodi: bene facis. quoniam homo bonus: dignus est omnibus bonis terrenis vti. cum ipsa bona: ad eius seruitium/dei benignitate sint creata. sed si sis iniustus/imprudens/intemperans/ et huiusmodi: predictis delectabilibus vti non debes. quia sapidus cibus omnis/ et vinum: dei sunt. et tu es suus inimicus iniuriose: et ipse tuus inimicus iuste. quare tu in peccato existens: deberes de tali delectatione magnum dolorem/atq tristiciam concipere. quam si non habeas: phantasticus es/et quod deterius est/demens es/et insanus.

Ait clericus. Remunde tactus est sensus qui causat delectationes compluribus modis: et si tango tangibilia delectabilia/vt acquiram vtilitatem tangendo/bene facio. cum deus/et natura: nichil vnq agant frustra. Ait Remundus. licet aliqua tangibilia sint delectabilia naturaliter: tamen non est licitum q tangantur absolute. sed sub licentia rationis/et ordinis/et etiam precepti dei. et si absolute vtaris tãgibilibus: inobediens es/et inordinatus/et per consequẽs culpabilis. et de tali culpa: magna debes affici tristicia/magnoq dolore. quem si non habes: phantasticus es/et ad ignis supplicia reseruatus. Ait Petrus. delector in loquendo facũda verba/et multa. quia talis actus/naturaliter causat delectationem. et per accidens oblector: quia considero q plurimos propter ea que dico/me laudantes. et ideo cũ possim michi parare delectationem: phantasticus essem si non acquirerem. Ait Remundus. Bona eloquentia quam habes/et scientia: tibi sunt materia ad meritum acquirendum aut culpã. meritũ autem acquiris: si laudas ea que vere sunt laudabilia/sub habitu virtutis/prudẽtie/iusticie/et aliarũ virtutũ. et ideo licitũ est: vt p talẽ loquellã possis tibi vendicare delectationẽ. veruntamẽ in contraria loqueris. ideo magnũ dolorẽ/magnãq tristiciã ɔcipere debes: q phãtasticus es. Ait clericus. Imaginatio est potẽtia absoluta: cũ qua homo põt magnã sibi acquirere delectationem. et ideo quando imaginor/quantum bonum acquisiui/ et quãtum bonũ in hoc mundo acquirere possum: delector/ et ab omni tristitia/et dolore longe ppellor. Ait Remundus. assentio tibi q imaginatio potentia est/absoluta: quia cum ipsa phantasiare potes/ et directe/ et indirecte. si directe: bonam delectationem acquiris. si indirecte: acquiris malam et indirectam/ et eris in mala vita

in dolore et tristicia sempiterna. quoniam imaginatio per hoc est absoluta potētia: quia homo libere potest eam ad acquirendum meritum/aut malum contrahere.

Ait clericus. humanus intellectus naturaliter causat magnam delectationem: quando vere attingit obiectum verum/intelligendo/aut credendo. et ideo intellectualiter acquiro delectationem/et etiam magnam: si plura obiecta vera intelligo.

Ait remundus. Licitum est habere delectationē intelligendo/et credendo: posito ꝙ homo intelligat sub habitu/et regulatione virtutum. verum tu hoc nō facis: quia non intelligis ad finem propter quem es (qui finis est deus) sed ad finē propter te. et quia delectaris sub habitu viciorū: tua leticia reuertetur in luctum/acerbūꝗ dolorem. et proinde do tibi cōsilium: vt dimittas tuas phantasticas delectationes/et delectationem queras in intelligēdo deum bonū/magnū/atꝗ potentem/et in intelligendo virtutes/et huiusmodi. nam per talem delectationem: eternā mereberis delectationē beatorū. Ait clericus. Delector in volendo: quādo aliquid volo/et illud cōsequor quod desidero. et ideo plura bona diuersa obiecto: vt meā possim multiplicare delectationem. Ait remundus. Petre voluntas est potentia absoluta: cum qua homo potest velle bonū/aut malum. et ideo qui ipsam cum virtutib⁹ regulat: eam contrahit ad bonū velle. qui vero cum vicijs: contrahit ad malum. et quia tu contrahis ipsam tantum modo ad tuā delectationem/et non ad diuinū seruitium: iudico te phantasticum. et propono: te in curia corā vniuerso cōcilio/de tua praua phantasia (nisi te correxeris) accusare. tu vero (si in me prauas deprehendas phantasias) placet michi vt me reprehēdas. Nam reprehēsione dignus is est: qui peruersis ducitur phantasijs. Ait clericus. magna profundor leticia: quādo recordor me fuisse pauperem/et nunc sentio esse diuitem. quādo recordor me olim nō habuisse honorē: et habeo nunc plurimū. insuper valde delector/quādo possibilia recolo: quibus adhuc et ditior/et honoratior euadere potero. Ait remund⁹. omnibus modis percipio/te magnū esse phātasticū. dico enim omnibus modis: quia per decē predicta subiecta delectatiōes preter tuū vltimū finē (qui deus est) queris. O miser: quare non recordaris ꝙ nichil eras/dum eras pauper. et minus nunc es: licet sis diues. nam maior peccator ꝙ̄ tunc eras: existis. et si in tali habitu permanes: quanto maiores diuitias/et honores acquiris/tanto maior peccator eris/et in eterno ignis clibano maioribus penis cruciaberis.

De ordine. Cap. VI

Rdo est forma cum qua ordinator plura ad vnū finem ordinat: in quo cōsistunt ordinata. ordo autem duplex est: scilicet ordo spiritualis/et ordo corporalis. spiritualis vero est superius: ordināns ordinem inferiorem/sicut causa suum effectum. Ait remundus clerico. In deo est ordo intrinsecus: quoniam deus quo ad suam essentiam/et suas rationes ordinatus est. in quantum deus predicabilis est cum suis rationibus/et econuerso: vt in principio dictum est. talis autem ordo potest intelligi/quo ad diuinam trinitatem: propter quam deus in tantum ordinatus est quo ad suum intrinsecum agere/sicut quo ad suum existere. quia deus pater ita bonum/eternum/magnum filium producit: sicut ipse bonitas est/magnitudo/et eternitas. et sic de spiritu sancto ab vtroꝗ procedente. ecclesia vero constituta est ad intelligendum/recolendum/diligendum/et seruiendum isti ordini altissimo/et profundo. Ait Petrus. Et ideo valde gaudeo: quia sum ordinatus/et deputatus ad officium tam sublime et altum. Cui ait Remundus. Benedicis: dummodo ipsum non peruertas. sed rogo te conside-

res/si supremus ordo in aliquo deficeret/ adeo vt tādem euaderet inordinatus: nōne quanto superior esset/tāto inferior esset? hoc ideo tibi dico: quia si te inordinas/ tanto magis in inferiori gradu sistes/quanto magis per ordinē in superiori consistebas. atq; iterum ait Remūdus. Petre nomē sunt hierarchie angelorū: quēadmodū cognoscis. et in superiori nobilior est ordinatio/q̄ in immediate supposita/et ita gradatī vsq; ad inferiorē. et superior/ideo nobilior est: quia magis circa deum est. et hunc in modum de reliquis descendendo. quapropter prima hierarchia significare potest ordinem papalem: cum papa sit primus vicarius/altior/et potēnor. secūda/ordinem patriarchalē/aut aliquē alium huic summo/sacro principatui viciniorē. tertia/archiepiscopalē. quarta episcopalē. et ita gradatī descēdēdo vsq; ad clericū secularē habentem parochiam. Ait clericus. Remūde te libenter audio/ atq; ideo valde gaudeo: quia sum archidiaconus. et spero q̄ ad gradū altiorem sim ascēsurus. Ait Remundus licitū est tibi talem spem habere: dūmodo sis in intentione ordinatus/et moribus/vt magis possis deo seruire. sed si vis ascēdere/vt magis possis apparere/et progeniē tuā exaltare: inordinatus es/et phātasticus. et pene infernales te expectant: quarū interminabilea perferes cruciat⁹. Ait clericus. Nōne Remūde/elementa et ex his composita omnia/sunt ad seruitium hoīs ordinata: et homo ad dei seruitiū ordinatus? et ideo multum gaudeo/quia sum homo habēs beneficia in dei seruitio/et qui vti possum omniū seruitio. Ait Remundus. Oia hec inferiora/sunt ad hominis seruitiū sicut dicis: et homo ad dei seruitiū natus. verū si tu homo deo magis q̄ tibi met non seruias: inordinatus es/et phantasticus. et hoc quia iniuste/inordinate accipis a predictis rebus. Ait clericus. Constātinus imperator rhomanū⁹/ dedit imperiū ecclesie: spiritus autē sanctus fecit homines in ecclesia deuotos/sanctā fidē catholicā veram esse cognoscentes. Ait Remundus Clerice verū dicis. Nam vniuersa catholicorū ecclesia/ duos gladios habet vt in euangelio dictū est: scilicet gladiū corporalem/ensem videlicet/et spiritualē scilicet sciētiā et deuotionē. cū istis autem duobus gladiis: sufficeret/ ecclesia oēs infideles ad viā reducere veritatis. primo si papa sapientes/et discretos/mortē sustinere paratos apud sarracenos/turcos/et tartaros mitteret: qui infidelib⁹ suos errores ostēderent/et sancte fidei catholice veritatem aperirent/vt ipsi infideles ad sacrū regenerationis lauachrū venirēt. deinde si resisterent: tunc papa contra ipsos procurare deberet gladium secularem. licitū/et debitū est: talē esse ordinationē. et qui in aliquo contra ordinationē est: phantasticus est/et culpabilis/atq; per consequens inordinatus. Ait Petrus. Remūde deus est omnipotens/in omni tēpore/et vbiq;: et etiam primus est ordinator. et ideo non oportet vt papa/cardinales/ et reliqui illius sancte cōgregationis patres: cōstituant in cōcilio talē ordinationē. quia quādo deo placuerit: infideles ad viam veritatis reducet. satis enim pape/cardinalib⁹/ et conciliī patribus esse videbitur: vt christianos ordinēt. Ait Remūdus. Legit. qui peccat in spiritum sanctū/nō remittitur peccatū: qui spiritus est vniuerse bonitatis. tu autē michi hoc modo peccare videris: qui nō desideras maximū bonū publicū. sed nunquid tu scis papā/et cardinales habere posse ad intrinsecam/et extrinsecam ordinationē? si vero ad intra christianos ordinent: bene quidē faciunt. attamen si ab extra/perditas oues non requirūt/neq; earū ordinationē curant: malefaciunt. quādoquidē potestatem sibi commissam: tenēt ociosam/et vacuā de ipsa ī die iudiciī rationē reddituri. et egomet ipsos accusabo/et me tūc excusabo. quia pluries sup re illa/illis in curia sermones feci: et super re eadem/ plures libros composui.

Ait clericus. Recordor remũde/et frequẽter audiui: plures principes vltra mare ad recuperandã terrã sanctã profectos/ad frustra tentasse. quod si a deo ordinatum fuisset: quod querebãt profecto effectus ostẽdisset. Ait remundus. possibile est petre eos magis propter seipsos/q̃ propter deũ ad recuperationẽ terre sancte contendisse: que quidẽ intentio diuinã nõ intrat ordinationem. quoniam in ea non est ordo. q̄ si profecti sunt ordinata intẽtione/sed aliquẽ defectum in pecunia/cõmeatibus/et huiusmodi passi sunt: eis quo ad intentionẽ non defuit ordo. et ideo meritum acquisiere. sed ordo/defuit pape/cardinalibus/τ alijs christianis: qui sufficiẽs adiutorium non subministrauerunt. Ait clericus. Remunde video complures predicatores/vt fratres minores/τ alios religiosos ad predicãdum sarracenis/tartaris/et alijs infidelibus se cõmittere: sed paruus eoꝶ adhuc (quem faciant) apparet fructus. Ait remundus. Fratres qui illuc tẽdunt: infideliũ idiomata nesciũt. et ideo ad eos inordinate vadunt. verũtamen si in terra christianorum eorum idiomata discerẽt: tunc ad eos ordinate possent proficisci/et multiplicem fructũ facere. deus autem semper adest illis: qui pro ipso bona ordinatione vigilant. Ait clericus. Remũde: non est alia ecclesia in mundo eque bene ordinata ad seruiendum deo/vt rhomana ecclesia. τ hoc potes videre in ecclesijs: in quibus clerici ordinate celebrant/ordinate cantant/et huiusmodi talia. Ait Remundus. Esto vt dicis. attamen quid est de quibusdam clericis: qui protinus extra edem sacrã/cũ magna pompa sunt equitantes/et in pinguibus mensis comedentes/multas etiam et magnas beneficiorum prouisiones habentes: pauperes autem christi ad eorum portas clamant. videtur ne tibi hic esse ordo consentaneus: quem habent clerici in ecclesia celebrandi et horas decantandi? adhuc id a te quero: si sit ordo virum bonum virum scientificum vnam paruam habere prebendam: et clericum illi prorsus oppositũ multas habere/magnas et (vt ipsi aiũt) pingues. Ait clericus. Remũde phantasticus es: qui me talibus questionibus lacessis. et ideo de cetero tecum amplius conferre nolo. Et abeuntes: discesserunt abinuicẽ Clericus/et Remũdus.

Ad gloriam/et honorem dei: finitus est
presens liber a Remundo. Anno
1311. incarnationis domini
nostri Jhesu
Christi.

Impressum Parhisiꝫ/per Guidonem
Mercatorẽ: proprijs eiusdẽ sumptib⁹/et expẽsis. Anno eiusdẽ
domini saluatoris. 1499.
6. Aprilis.

Recognita ex officina.

Folio. 32. versu primo: Petitio mea magnũ valorẽ nõ habere non posset: Legẽdũ/magnũ valorem habere non posset. Folio. 53. versu quinto ante penultimũ/ab ipso: Creatur autem voluntas cuiuslibet libera ad libere nolendum velle filij tui: Legendum ad libere volendum. Folio. 79. versu ante penultimo: Et quia est in ipso ira incurialiter et cum minus dicit blasphemias: Legendum cum minis.

Registrum.

A b c d h quaterni. E f g i k l m terni. N duernus